# PASSIO DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI SECVNDVM QVAtuor Euangeliſtas, cū Commentarijs F. Franciſci Polygrani.

*Cui acceſsit Sermo de meditatione Paſsionis Chriſti, deq; innumeris hinc naſcentibus gratiarum fructibus.*

EODEM AVTHORE.




COLONIAE,
*Apud hæredes Arnoldi Birckmanni.*
M. D. LXV.

Digitized by Google

Digitized by Google

# PASSIO DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI SECVNDVM QVAtuor Euangeliſtas, cũ Commento F. Franciſci Polygrani.

HAEC SVNT VERba quæ locutus ſum ad vos, cùm adhuc eſſem vobiſcum, quoniam neceſſe eſt impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in Lege Moyſi, & Prophetis, & Pſalmis de me. Tunc aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas, & dixit eis, Quoniam ſic ſcriptum eſt, & oportebat pati Chriſtum, & reſurgere à mortuis die tertia, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remiſsionem peccatorum in omnes gentes. Luc. 24.

Amen amen dico vobis, niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet: ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Ioãnis 12.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ET conſummato iam noſtræ redemptionis opere, ſacroſancta videlicet Chriſti Seruatoris noſtri paſsione, ſuſpenſi adhuc diſcipulorum animi, non ſatis illuminati, hæſitabant, partim mirabantur ſtupebantq; ſuper re omnem humani intellectus virtutem præcellente. Non eſt paſſus à ſuis ignorari, quòd pro illis fuerat factum, ſed poſt glorioſam reſurrectionem rurſus apparuit eis, ſans & manducans cum eis. Admonuitque omnium quæ prædixerat de ſua paſsione, quoniam ſic fieri oportuerat, quemadmodum in Lege, Pſalmis & Prophetis, Spiritus ſanctus præſignarat: aperiens illuſtráſque rudem adhuc ſenſum, vt ſcripturas intelligerent, viderentque quàm alta nimis Dei bonitate omnia noſtræ ſalutis myſteria veteribus illis heroibus prænota fuêre, adeò vt & fide cuncta proſpicerent futura, quæ ipſi ſuis cernebant oculis in Chriſto Dei filio conſummata. Cæterum ſublimiori quodam ſacramento factum eſt, vt nihil non prædiceretur futurum, quod in Chriſto cognoſcimus adimpletum. Neque tamẽ in ſingulis omnia, neque nihil in aliquo prædici complacuit: ſed illum conceptionis, alium natiuitatis,

tatis,aliũ doctrinæ, aliũ venditionis, aliũ vinculorũ,aliũ opprobriorũ,aliũ alaparũ, aliũ flagellorũ, aliũ crucis,aliũ tráſfixiõis, alium fellis,alium mortis,alium ſepulturæ,alium reſurrectionis,aliumque aſcenſionis, aliumq; ſpiritus miſsionis, alium aduentus ad iudicium fecit eſſe præconem. Et certè non ob aliud,quàm vt omnibus modis noſtræ prouideret fidei,tolleretur q; perfidiæ velamen. Quis enim ad credendum non animabitur,quod tantorum teſtium voce conſona didicerit aſſertum? Quid perfidis poterit eſſe tergiuerſationis, ſi hunc non ſuſceperint, in quem omnium ſeculorum vota concordant? Quis ſine crimine de hac dubitat ſalute,de qua omnes Prophetæ conquiſierunt,& de futura in nos gratia prophetarunt,ſcrutantes in quod vel quale tempus ſignificarat in eis ſpiritus Chriſti,prænuncians eas,quæ in Chriſto ſunt paſsiones & poſteriores glorias,quibus reuelatum eſt. Cur autem reuelatum eſt, ſubiungit,dicens:quia non ſibimetipſis, vobis autem miniſtrabant ea,quæ nunc reuelata ſunt vobis.1.Pet.1.

Si ergo propter nos omnia præmiſſa ſunt, conſtat propter nos etiam omnia

impleta. Neque enim Iota vnum aut minimus apex perire potuit, donec omnia implerentur. Matth. 5. Et erit neceſſe, vt noſtri quoque ſenſus aperiantur ad intelligendas ſcripturas, vt cum dilectiſsimis Domini diſcipulis intelligamus quomodo omnes ſcripturæ pariter in vnum conſentiât Chriſtum, quomodo vniuerſa legis myſteria eundem clamitent crucifixum, vt cùm intellectus fuerit reſeratus, videamus vnicam Chriſtianiſmi philoſophiam, nempe ſcientiam crucis, nihilque adeò ſcire delectet, quàm Chriſtum, & hunc crucifixum. Grandis ſiquidem nobis pudor eſt id neſcire, in quod omnis ſcriptura nos dirigit: hoc ignorare, in quo omnis noſtra ſalus eſt poſita. Diuus certè Paulus, poſteaquam ad tertium vſque cælum raptus, poſtquam arcana Dei, quæ nec fas eſt hominem proloqui, didicerat, aliud ſe recuſat ſcire præter Chriſtum & hunc crucifixum. 1. Cor, 2. in quo & omnis ſua verſabatur occupatio, adeò vt ne vlla in re gloriandum exiſtimet, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Huius rei cauſa pia mater Eccleſia filiorum prouidens ſaluti, quàm ſaluberrimè ſtatuit, eo ipſo noſtræ redemptionis die,

anno

annorum reuolutis temporibus, Chriſti ſanguine mercatis,ipſam ſuæ redemptionis hiſtoriam declarari: tum ne periculi plena ſubrepat obliuio,fieret enim vt obſoleta de cordibus hominum paſsionis Chriſti memoria,citius quoque omnes eiuſdem fructus deperirent:tum quoque vt vnicam hanc hoſtiam ſemel in crucis ara pro omnium oblatam delictis,annuatim plebs fidelium deo patri in mundi reconciliationem votis,precibus, laudibus atque gratiarum relatione præſentet. Neque efficacius vlla re ira Dei miteſcit, quã vt preciofiſsimi ſanguinis vnigeniti, immenſæq; admoneatur diuini pectoris charitatis. Ob id & nos patrem precemur miſericordiarum,vt det nobis ſic hoc noſtræ ſalutis recolere myſterium,ſic filij ſui concelebrare vulnera,quò ſuæ ſit maieſtati pergratum obſequium,& noſtræ infirmitati aduerſus mala vniuerſa efficax remedium. Hæc ſunt verba quæ locutus ſum ad vos,apud vos manens. Chriſto teſte audiuimus neceſſariò quidem omnia completa,quæ Spiritus ſanctus de noſtræ redemptionis opere promiſit in ſcripturis implenda, nec in his quicquam cauſæ, aut humano contigiſſe conſilio, ſed

infallibili diuinę pietatis decreto. Verùm ipſam oppletionis ſeriem inſpecturo, occurrit primò executorum reſpicere cauſam. Quamuis enim pater in mortem filium dederit, filius quoque ſeipſum, patri factus obediens pro nobis, obtulerit ſponte illudendum, flagellandum & crucifigendum, Marci 18. Lucæ 24. non tamen vlla neceſsitas impiorum manus ad id faciendum adegit. Quod enim pater fecit amore, filius obedientia, hoc hominum impiorum perfecit malitia. Chriſtus enim Dei filius in hunc mundum venit, vt petra ſcandali & lapis offenſionis, Pſal. 4. 1. Pet. 2. & laqueus & ruina habitantibus Hieruſalem. Quod & de ſeipſo fatetur, quòd in iudicium venerit in hunc mundũ, quò cæci viderent, videntes cæci fierent, Ioannes 19. Hi equidem qui aut ignorantia ſcripturarum, aut idolorum cultu, quaſi in tenebris iacere videbantur, in lucem veritatis per Chriſtum ſunt vocati: Scripturarum verò periti, qui etſi ſe videre, & cunctis ſcientiæ lumen præbere præſumebant, prorſus cæcitate proſtrati ſunt, adeò vt ipſum Dei filium tantis delniatum imaginibus, legis tantis occluſum typis, tantis vaticinatum ſententijs coràm

poſi

poſitum,omnia mira harmonia cõplectẽ tem non agnoſcerent. Neque enim natiuitatis locum,neque vitæ progreſſum, neque vitæ exitum ignorare vllo modo potuere. Sicq; cuncta in illo conſummari cernebant, vt de nullo alio ſcripturas loqui eſſe ſibi perſuaſiſsimum ducerent.

Verùm cùm magna pars illorum religionem vertiſſet in hypocriſin,atq; diuinæ legis cultum in auaritiæ fomentum, Chriſtus lux & veritas, Ioannes 14 abſconditorum cognitor omnem eorum falſitatem rudi plebi detegere acrius arguebat,vt paſsim Euangelium produnt, maximè Mat.23.Lu.6.11. quo factum eſt, vt prorſus obruerentur liuore, & iuxta Eſai.6.vaticinium,excęcarent oculos, ne viderent aggrauarentq; aures, ne audirent: quando omnia tam facta miranda, quàm veritatis verba pluſquam peſsimè interpretarentur: inſidiantes vndequaque,vt os eius opprimerent, ipſumque è vita perderent. Hinc apud Lucam 4.cùm præcipitare de montis ſupercilio, apud Ioannem 1. lapidare ſunt conati. At nihil potuere,donec ipſe vellet,qui in ſola habuit poteſtate animam ponere,& rurſus accipere,Ioannes 10.

Proinde iam appropinquante tempore ſuæ paſsionis, magis ac magis inuidentiæ flamma exarſit, ac modis omnibus ſtuduerunt, quomodo perderent: prophanis id ſæpenumero conuicijs attentantes: quémadmodum Sapientiæ 2. de ipſis proloquitur: Circumueniamus, inquiunt, iuſtum, quoniam inutilis eſt nobis, & contrarius operibus noſtris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ: promittit ſe ſcientiam Dei habere, & filium Dei ſe nominat, factus eſt nobis in traductionem cogitationum noſtrarum: grauis eſt nobis etiam ad videndum, quoniam diſsimilis eſt via illius alijs, & immutatæ ſunt viæ eius. Tanquam nugaces æſtimati ſumus ab illo, & abſtinet à vijs noſtris, tanquam ab immundicijs, & præfert nouiſsima iuſtorum, & groriatur propitium ſe habere Deum. Videamus ergo ſi ſermones illius veri ſint, & tentemus quæ ventura ſunt illi, & ſciemus quæ erunt nouiſsima illius. Si enim eſt verus filius Dei, ſuſcipiet illum, & liberabit eum de manibus contrariorum: contumelia & tormento interrogemus eum, vt ſciamus reuerentiam eius. & probemus patientiam illius: morte turpiſsima

con-

eódemnemus eum, Quibus verbis omnis Phariſaicus liuor ille atque vniuerſum conciliorum virus prædicitur,ac ſi ipſam deſcripſiſſet malignę conſpirationis hiſtoriam.

Primum itaque concilium, in quo de Chriſti morte tractarunt,fuit poſt factam mortui Lazari exuſcitationem: quia plurimi Iudæorum hanc videntes crediderunt in Ieſum:aliqui verò euntes,nunciauerunt Iudæis quæ facta erant.

COllegerunt ergo Pontifices & Phariſæi concilium,& dicebāt: Quid facimus? quia hic homo multa ſigna facit: ſi dimittimus eū ſic,omnes credent in eum,& venient Romani,& tollent locum noſtrum,& gentem.

Sed neque hoc ſine myſterio factum eſt,quia tunc prima die menſis agnus noſter eligitur,vt die decima eiuſdem menſis ſuper aſinam ad locū,in quo immolandus eſt, deportatur, quarta verò decima iuxta legis typum,Exo,12 occidatur, Timent ſibi futurum,ſi Chriſtum viuum ſinát,quod Ioſephus lib.7.belli Iudaici, ob mor-

mortem Chriſti per Titum & Veſpaſianum Duces Romanos pleniſsimè ſcribit adimpletum. Idem Egeſippus libro 5.

Vnus autem ex eis Caiphas nomine, cùm eſſet Pōtifex anni illius, dixit eis: Vos neſcitis quicquam, nec cogitatis, quia expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem à ſemetipſo non dixit, ſed cùm eſſet Pontifex anni illius, prophetauit, quia Ieſus moriturus erat pro gente: & non ſolùm pro gente, ſed vt filios Dei, qui erant diſperſi, congregaret in vnum.

Is vt erat officio prior, ita ſibi videbatur ſapientior, ignauiæ alios redarguens. At quàm mirabile Dei conſilium veriſsimum noſtræ ſalutis voluit eſſe vaticinium. Sic Balaam maledicere ſe diſponens, benedicere populo Dei compulſus eſt, Num. 23. Habet pontificalis dignitas adhuc prophetiæ donum, quamuis non fructum: dat conſilium nobis, non ſibi ad ſalutem: quia facienti nequiſsimum conſilium, in ipſum deuoluetur, Eccl. 27. Filios Dei per fidem con-

gre-

gregat in vnum,non mundi aliquem locum,ſed in vnum corpus,in vnam fidem, in vnam Eccleſiam. Ezec. 11. Congregabo vos de populis,& adunabo vos de terris, in quibus diſperſi eſtis, &c. Galat. 3. Omnes nos filij Dei ſumus per fidem.

Ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerent eum. Ieſus ergo iam non in palam ambulabat apud Iudæos,ſed abijt in regionẽ iuxta deſertum,in ciuitatem quæ dicitur Effrem,& ibi morabatur cũ diſcipulis ſuis: proximùm autem erat Paſcha Iudæorum.

Approbantes conſilium Caiphæ tanquam vtile & hominis prudentis,Pſal. 55. Aduerſum me omnes cogitationes eorũ in malum. Et iterum, Tollere animá meã conſiliati ſunt. Pſal. 30.

Abijt,quia nondum venerat hora eius, qua ponere animam ſuam decreuerat. Ioannis. 7. Factum eſt autem poſt hoc concilium,vt populi ad diem feſtum conuenienter conquirerent de eo; dicentes, Ioan. 12. Quid putatis,quia non venit ad diem feſtum? Pontifices autem & Phariſæi mãdatum dederant,vt quicunque cognouiſ-

ſent

ſent vbi eſſet, proderent eum, vt apprehenderent eum. Chriſtus verò ſciens appropinquare tempus ſuum, ſabbato, quod eſt apud nos vigilia Palmarum, ſex dies ante Paſcha, venit Bethaniam, vbi ſuſcitauerat Lazarum, & ibi præparabant ei cœnam, vt refert Ioannes 12. in domo Simonis Leproſi, Matt. 26. Mar. 14. vbi ſecundum Ioannem Martha miniſtrabat, Lazarus autem vnus ex recumbentibus. Maria autem venit, habens alabaſtrum vnguenti nardi piſtici, ſiue iuxta Matthæum, nardi ſpicati, 26. & Mar. 14. pretioſi, quod liquor de ſpicis nardi extortis intelligitur. Ob cuius effuſionem in caput Dominicum, & diſcipuli, Matt. 24. & Mar. 14. & Iudas præcipuè, Iohan. 12. ſunt indignati: Cur non potius trecentis vænijt denarijs, & egenis datum? Iudam tamen non propter pauperes hoc dixiſſe Ioannes teſtatur: ſed quia fur erat, & portabat eas quæ Domino offerebantur eleemoſynas. Quam Chriſtus ipſe defendit, aſſerens quia bonum opus fecerat, in toto mundo ad eius memoriam prædicandum, & quod præuenerit ſuum corpus vngere ad ſepulturã. Eorũ verò obiectũ excludit per ſcripturã: nẽpe quòd

nunquam deerunt eis egeni, Deutero. 15. ipſum verò non ſemper ſint habituri. Hinc quoque Iudam tradendi Chriſtum ſuſcepiſſe voluntatem Matthæus commemorat, quanquam in quartam feriam vſque diſtulerit. Altera autem die, quæ eſt Palmarum, iuxta vaticinium Zacha. 9. venit Hieruſalem ſedens ſuper aſinam & pullum eius, Matt. 21. Luc. 19. Marci 11. Ioan. 12. Cùm verò laudum hymnis & canticis honorificè ſuſciperetur, adeò vt & ſequentes & prætereuntes clamarent: Oſanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini: ſternerentque veſtimenta ſub aſellorum pedibus, & ramos palmarũ proijcerent in viá, ſcientes quod fecerat ſignum, ſuſcitans quatriduanum, Ioan. 12. vehementer Phariſæorum cruciabatur inuidia. Et ſecundum conuocantes concilium, dixerunt:

Videtis quia nihil proficimus, ecce mundus totus poſt eum abijt.

Quaſi exanimes eos ipſorum fecit inuidia, quia quantum cruciabantur, tantum turba magnificabat eum. Et cùm eis reſpondiſſet quare vendentes & ementes eieciſſet de templo, & quòd ſcripturam imple-

implere oportuit, in laude puerorum, Pſal. 6. relictis illis, abijt foras extra ciuitatem in Bethaniam, ibique manſit, Matt. 21. Marc. 11. Mane diei ſequentis, id eſt, die lunæ, reuertens in Hieruſalem maledixit ficum: in templo docuit, quod ſcribitur Matt. 21. Marci. 11. Lucæ. 20. Die Martis rurſum redijt, & docuit in templo, Matt. 22. 23. Et egreſſus de templo, loquebatur cum diſcipulis de deſtructione templi, & ciuitatis, & extremo iudicio, & quicquid Matt. 24. & 25. ſcribitur. Prædixit quoque ſuam paſsionem. Scitis, inquit, quia poſt biduum Paſcha fiet, & filius hominis tradetur, vt crucifigatur. Die verò Mercurij non redijt Hieruſalem, diuino id agens cõſilio, vt proditionis opus compleretur. Ideo videntes eum non reuerti Pontifices & Phariſæi, rurſum cõſiliũ fecerunt.

Tunc congregati ſunt Principes ſacerdotum, & ſeniores populi in atrium principis ſacerdotum, qui dicebatur Caiphas. Et conſilium fecerunt, vt Ieſum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant autem, non in die feſto, ne fortè tumultus fieret

in

in populo. Timebant verò plebem.
Videntes enim eum non veniſſe in Hieruſalem, inierunt concilium, vt dolo circumuenirent eum, quia iuſtè id non poterant. Pſal. 37. Dolos tota die meditabantur. Non quidem ob feſti reuerentiam, ſed quia multitudinem timebant plebis, quæ in die feſto conuenerat: omnes enim velut Prophetam eum habebant.

Ideo differendum decreuerunt vſque poſt diem feſtum, quò liberius populo ad ſua reuerſo hoc agerent. Sed Iudæ interueniente proditione ſententiam mutarunt.

Intrauit autem Satanas in Iudam, qui cognominabatur Iſcarioth, vnum de duodecim, & abijt, & loquutus eſt cum principibus ſacerdotum, & magiſtratibus. Et ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? Qui audientes gauiſi ſunt. Et conſtituerunt ei triginta argenteos ſe daturos. Et ſpopondit. Et quærebat opportunitatem, vt traderet eum ſine turbis.

Iſte Iudas Iſcarioth, à villa ſic dicta di-

uina diſpenſatione ad Apoſtulatum eſt aſ- ſumptus, quanquam iniquus. Vnde Ioannis 6. de eo loquitur Chriſtus: Nonne ego duodecim elegi vos, & vnus eſt diabolus? vt per ipſum traderetur, vt ſcriptura impleretur, Pſal, 40. Etenim homo pacis meæ, in quo ſperaui, qui edebat panes, & c.

Tametſi verò ſit deteſtanda pactio, vt theſaurus ille, cui nihil conferendum in cælo & in terra, viliſsimo vendatur pretio, ita tamen fieri oportuit, quia ſcriptura Zacha. 11. prædixit fiendum. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteis, & c. A proprio autem diſcipulo voluit vendi, & à ſuo populo emi, vt vndequaque dolor accreſeret ſuæ paſſioni. Hinc enim conqueritur Pſal. 54, Etſi inimicus meus maledxiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique, Et ſi is, qui oderat me, magna ſuper me loquutus fuiſſet, abſcondiſsem me forſitan ab eo. Tu verò homo vnanimis, dux meus & notus meus, qui ſimul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulans cum conſenſu. Sed ad hoc quoque factum eſt, vt præmonſtraret Dominus inter ipſos ſuos diſpenſatores, ſemper futuros eſſe venditores, qui ſacramenta,

menta,gratiam,ipſumq́ue Chriſtum auaritiæ ſuæ cogerent deſeruire.

Eodem die Iudam in Bethaniam rediјſſe intelligendum eſt,atque optima ſpecie innocentiam ſimulaſſe, quaſi Chriſtum quicquam latere poſſet. Poſtera verò die, id eſt,quinta feria,rurſum cum Chriſto & alijs diſcipulis iuiſſe Hieruſalem.

Venit autem prima dies Azymorum,in qua neceſſe erat occidi paſcha, Et miſit Petrum & Ioannem, dicens: Euntes, parate nobis paſcha.vt manducemus. At illi dixerunt: Vbi vis paremus?Et dixit ad eos: Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem,occurret vobis homo, amphoram aquæ portans: ſequimini eum in domum,in qaum intrat,& dicetis patrifamilias domus: Dicit tibi magiſter: Tempus meũ propè eſt,apud te facio paſcha cum diſcipulis meis:vbi eſt diuerſorium, vbi paſcha cum diſcipulis meis manducem?Et ipſe oſtendet vobis cœnaculum magnum ſtratum,& illic

parate nobis. Euntes autem diſci-puli, inuenerunt ſicut dixit illis, & parauerunt paſcha. Veſpere autem facto, venit cum duodecim, Et cùm facta eſſet hora, diſcubuit & duodecim diſcpuli icum eo. Et ait illis: *Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum, antequam patiar: Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo id, donec impleatur in regno Dei.

Deſiderauit non eſum carnium, ſed vmbræ finem.: ſcilicet vt verum paſcha impleretur in Eccleſia Dei, ſi per ſuam mortem aboleretur typus.

Poſt hoc priores tres Euangeliſtæ modum deſcribunt, quo Chriſtus ſui corporis & ſaguinis miſcuit Sacramentum, tradens illis in ſuæ paſsionis ac æterni ſacrificij commemorationem, nobis autem in charitatis vinculum, in peccati medicamentum, & cæleſtis gloriæ pignus, ſicut Pro. 9 Sap. 16. fuerat prædictum. Ioannes verò euidentiſsimum humilitatis ac mutuæ dilectionis, quod ſuis reliquit, deſcribit exemplũ, nempe nihil adeò ad Eccle-

ſiæ

ſiæ vnitatem neceſſarium vt humilitas, ac nihil tam ſcindit ipſam quàm ſuperbia.

Et cœna facta, cùm iam diabolus miſiſſet in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Schariotis: ſciens quia omnia dedit ei pater in manus: & qùia à Deo exiuit, & ad eum vadit: ſurgit à cœna, & deponit veſtimenta ſua, & cùm accepiſſet linteum, præcinxit ſe, & deinde miſit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes diſcipulorũ, & extergere linteo, quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dixit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes? Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Quod ego facio, tu neſcis modò, ſcies autem poſteà. Dicit ei Petrus: Non lauabis mihi pedes in æternum. Reſpondit ei Ieſus: Si non lauero te, non habebis partem mecum. b Dicit ei Simon Petrus: Domine, non tantùm pedes meos, ſed & manus, & caput. Dicit ei Ieſus: Qui lotus

eſt,non indiget niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus. Et vos mundi eſtis,ſed non omnes, ſciebat enim, quiſnam eſſet, qui traderet eum: propterea dixit,non eſtis mūdi omnes. Poſteaquam ergo lauit pedes eorum, accepit veſtimenta ſua,& cùm recubuiſſet,iterum dixit eis: c Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me magiſter & Dominus,& bene dicitis,ſum etenim. d Si ergo ego laui pedes veſtros, Dominus & magiſter veſter, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exēplum enim dedi vobis,vt quemadmodum ego feci vobis,ita & vos faciatis. Amen amen dico vobis,non eſt maior ſeruus domino ſuo,neq; Apoſtolus maior eſt eo,qui miſit eum. Si hæc ſcitis,beati eritis ſi feceritis ea. e Non de omnibus vobis dico. Ego ſcio quos elegerim. Sed vt impleatur ſcriptura, Pſal. 40:
Qui

Qui manducat panem meum, leua-
bit contra me calcaneum ſuum:
à modo dico vobis, priuſquam fiat,
vt cùm factum fuerit credatis, quia
ego ſum. Et cum hæc dixiſſet Ieſus,
turbatus eſt ſpiritu, & proteſtatus
eſt, & dixit: Amen amen dico vo-
bis, quia vnus ex vobis me
tradet. Aſpicientes ergo inuicem
diſcipuli hæſitantes de quo dice-
ret, & contriſtati valde, ceperunt
ſinguli dicere ſigillatim: Nunquid
ego ſum Domine? At ille reſpon-
dens, ait illis: vnus ex duodecim
qui intingit mecum manum in ca-
tino, ſiue paropſide, hic me tradet.
Filius quidem hominis vadit, ſicut
ſcriptum eſt de eo. Væ autem ho-
mini, per quem filius hominis tra-
detur. Bonum erat illi, ſi natus non
fuiſſet homo ille. Reſpondit au-
tem Iudas qui tradidit eum: Nun
quid ego ſum Rabbi? Ait illi:
Tu dixiſti, ac ſi dicat, ad tuam te re-

linquo conſcientiam. Erat autem recumbens vnus ex diſcipulis eius in ſinu Ieſu, quem diligebat Ieſus. Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei: Quis eſt de quo dicit? Itaq; cum recubuiſſet is ſuper pectus Ieſu, dicit illi: Domine, quis eſt? reſpondit Ieſus: Ille eſt cui intinctum panẽ porrexero. Et cùm intinxiſſet, dedit Iudæ Simonis Schariothis.

a O ineffabilem diuini pectoris pietatem. Incuruat ceruicem Domini maieſtas ad ſeruorum pedes abluendos, & proditori, iam ſpiritu maligno pleno, admirandæ humilitatis obſequium non negauit. b Abnuit Petrus imperita humilitate, non intelligens myſterium, neque aduertens Domini ſui exemplum, quia vt infrà dicetur, per hanc pedum ablutionem ſignificare voluit munditiam internam, qua qui caruerit, partem cum Chriſto ha bere nequit. Interpretatur quid fecerit, & quid Petrus prius ignorauerit. d Argumentum à maiori: Si ego, multo magis & vos. e Iudam taxat, declarans quòd ideo admiſerit eum ad eſum agni, & ſui corporis, vt imple-

impleretur ſcriptura.

Et poſt buccellam introiuit in eũ Sathanas.Et dicit ei Ieſus: ꝙ facis,fac citius. Hoc autem nemo ſciuit diſcumbẽtium,ad quid dixerit ei. Quidam enim putabãt(quia loculos habebat Iudas)quòd dixiſſet ei Ieſus:Eme ea, quæ opus ſunt nobis ad diem feſtum,aut vt egenis aliquid daret.Cùm ergo accepiſſet buccellam,exiuit continuò, erat enim nox.

Credibile eſt,quòd nec vel ſic Petro innotuit,alioqui calor indiſciplinatus nonnihil àudaciæ in ipſum attentaſſet.

Intrauit in eum,iam obſtinatiorem faciens ex Domini correptione,non meliorem. Profectò Dei ordinatione actum eſt,vt rem iſtam manifeſtam non intelligerent,ne quouis modo contra Dei ordinationem agerent. Poſt hæc exorſus eſt Ieſus ſermonem admirabilem maieſtate, inæſtimabilem myſteriorum profunditate.Sed & doctrinarum dulcedine incomparabilen,quem partim Luc,22.partim Ioan.13. vſque ad 18.expreſsè deſcri-

ſunt, Totus enim patientiam docet & humilitatem, mutuam præ omnibus charitatem, diuinitatis pandit arcana, futuram gloriam, diuinitatis claritatem. Conſolatur mœſtos, hortatur trepidos, ſpiritum promittit, patrem pro ſuis orat. Secundum Lucam etiam Petro prædixit in cœna ſuam ruinam. Matthæus autem & Marcus videntur aſſerere, quod in itinere factum ſit, eundo in montem Oliueti, quod & hic ſequemur,

Hæc cùm dixiſſet Ieſus, & hymno dicto, egreſſus eſt Ieſus cum diſcipulis ſuis trans torrentem Cedron, in montem Oliuarum. Tunc dicit illis Ieſus: Omnes vos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte. Scriptum eſt enim: Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues gregis. Poſtquam autem ſurrexero pręcedam vos in Galilæam. Reſpondens autem Petrus, ait illi: Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor. Ait autem Dominus Simoni: Simon,

ecce

ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum: ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. c Qui dixit ei: Domine paratus ſum tecum & in carcerem & in mortem ire. Ait illi Ieſus: Amen dico tibi, quia tu in hac nocte, priuſquam bis gallus vocem dederit, ter me es negaturus. At ille amplius loquebatur: Et ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter autem & omnes dicebant. Tunc venit Ieſus in villam, quæ dicitur Gethſemani, vbi erat hortus in quem introiuit ipſe, & diſcipuli eius ſecundum conſuetudinem. Sciebat & Iudas qui tradebat eum locum, quia frequenter Ieſus illuc conuenerat cũ diſcipulis ſuis. Et ait illis: Sedete hic donec vadam illuc & orem. Et aſſumit Petrum, Iacobũ & Ioãnem,
duos

duos filios Zebedęi ſecum.Et cœpit contriſtari & mœſtus eſſe,pauere & tædere.Et ait illis: Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem. Suſtinete hîc & vigilate mecum,ne intretis in tentationem.

aNoluit in ciuitate capi,ne diceret Iudaica perfidia inuitum comprehenſum. bEt vtique multa compaſsione hæc dixit,vt hi quos tam charos habuit,deq; veritate tam certos fecit,adeò debiles animis, huic fidei probarentur, Matt.28. quod dignoſcitur fuiſſe impletum.cFeruor audaciæ obliuiſci fecit Petrum infirmitatis ſuæ,ita vt plus ſibi quàm Chriſti verbo crederet,zelum quidem habens,ſed non ſecundum ſcientiam, Rom.10. ideò ſe mortem non timere oſtendit:quia fortis vt mors dilectio, Can.8. Videt peccator iuſtum, & quærit mortificare eum,Pſal. 30.Villam Gethſemani Marcus prædium vocat, quia erant ibi ſacerdotum & diuitum pecora.Locum Iudæ cognitum intrat,ne ſe abſcondere videretur.[Et aſſumpſit,& c.] Hos tres ſpeciali ſacramento aſſumit ſecum,quos & ſolos adeſſe fecit,dũ ſuſcitaret puellam,Matt. 9.Marci 5.

Et

Et in monte coram ipſis transfiguratur, Matt.17.Lucæ 9.quibus ſolis nomina impoſuit, vnum Petrum, alios Boanarges appellans, id eſt, filios tonitrui. Eo profectò myſterio, vt vniuerſam in his figuraret Eccleſiam: in Petro, qui ſupra petram Chriſtum ſunt fundati: in filijs tonitrui, qui per tonitruum diuini verbi ſunt generati. Nam illis ſolùm in Chriſto monſtratur diuinitatis potentia in ſuſcitata puella: corporis claritas, in transfiguratione hominis infirmitas, in trepidatione. Cœpit contriſtari, quia voluntate, non neceſſitate aſſumpſit triſtitiam. Scriptum eſt enim de eo, Iſa.42: Non erit turbulentus, neque triſtis. Verè tamen cotriſtari & pauere voluit, ſicut & verè dolere, pati, & mori: non quidem neceſſitate vt nos, ſed voluntate. Hæ enim paſſiones hominum ex ſolo prouènere peccato. Chriſtus autem peccatum non fecit, 1.Pet.2. Ideo triſtari eum neceſſe non fuit, ſed quia alienũ peccatum aſſumpſit, pro alieno quoque triſtis & dolens & miſer eſſe voluit. Triſtitia enim & pauor propter imminens malum ſolent accidere. At Criſtus omnia ſibi ventura ſupplicia nedum præſciuit, ſed & perfectiſsimè præſenſit quàm forent

rent amara, quod ſequentibus expreſsit ſermonibus. Vſque ad mortem, inquit, humano more loquens, quo dicitur: Malo mori, quàm hæc mala perpeti Sic & Paulus tantas ſibi moleſtias inferri quæritur: 2. Corinth. 1. vt & vitæ tædeat ipſum, vt moriens vix talem habeat triſtitiam. Ad vigilandum, & orandum ſecum hortatur diſcipulos, ne deficiant tentatione, ſciens fidem & conſtantiam, non niſi vigilátiſsimis præcibus obtineri. Mox enim vt torpor irrepſerit, facilis eſt animus ad ruinam.

Et progreſſus puſillum auulſus eſt ab eis, quantum eſt iactus lapidis. Et poſitis genib. procidit ſuper terram in faciem ſuam, & orabat, vt ſi poſſet fieri, tranſiret ab eo hora. Et dixit: Abba pater, omnia tibi poſſibilia ſunt. Si poſſibile eſt, trans fer calice hunc à me. Sed non quod ego volo, ſed quod tu. Et cum ſurrexiſſet ab oratione, & veniſſet ad diſcipulos ſuos, inuenit eos dormiẽtes. Et dixit Petro: Simon dormis?

Sic non potuiſtis vna hora vigilare mecum.* Quid dormitis? Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. Iterum ſecundò abijt & orauit eundẽ Sermonem, dicens: Pater mi, ſi nõ poteſt hic calix tranſire, niſi bibam illum, fiat voluntas tua. Et venit iterum, & inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati, & ignorabant quid reſponderent ei. Et relictis illis, iterum abijt & orauit tertiò eundem ſermonem, dicens: Pater, ſi vis, transfer calicem hunc à me, veruntamen non mea, ſed tua voluntas fiat. Apparuit autem ei Angelus de cælo confortans eum. Et factus in agonia prolixius orauit. Et factus eſt ſudor eius quaſi guttæ ſanguinis decurrentis in terram.

Habes exemplum humilis orationis

quoniam non ſtans neque ſedens,ſed **in** faciem proſtratus orat ipſe Dei filius.

Spiritu enim promiſerant ſe morituros propter Dominum,at carne ne vigilare quidem potuerunt.

*Studium interrumpit orationis, vt dormientes ſuſcitaret diſcipulos, docens Prælatum quandoque ſuæ contemplationis deſerere debere faſtigia,vt infirmorum languoribus medeatur.Præ cæteris arguit Simonem,qui præ alijs ſpoponderat fortiora. Nam qui carcerem & mortem ſe non formidare dixerat,iam nullo adhuc exiſtente hoſte,ſolus dicitur torpere,vt nedum ſupplicia non ſuſtineret,ſed nec ſomnum vinceret pro ſuo magiſtro ad horàm.Tertio orat,vt pandat vim anguſtiæ.At paulo perueſtigandũ eſt,quidnam ſibi velit tertia oratio,qua rogat à ſe calicem tolli paſsionis,quem toties prædicat ſibi à patre traditum,ac in ſcripturis prædictum: quid item ſit, quod non ſuam,ſed patris precetur fieri voluntatẽ, perinde ac ſi alia filio,alia ſit voluntas patri.Omnium facilis erit intelligentia,ſi in primis Chriſtum quandoque vt Deum, quandoque vt hominem egiſſe aduertamus: & poſt hoc, ipſum hominem non ſolum

ſolùm ſibi,ſed & nobis vt plurimum operatum. Orat igitur à ſe calicem auferri, non quòd eum bibere nolit,ſed vt ſe verum hominem monſtraret. Purus nempe homo cruciatus nunquam non fugit, niſi ſpiritu ſeipſum vincat, & erigat, alioqui ſine ſpiritu aduerſum vult. Ita & humanitas Chriſti tam indigna ſupplicia non horrere non potuit: verùm quia vincta decertat, prorſus obedientia paruit. Et hoc eſt quod dixit. Non mea, ſed tua voluntas ſiat. Ac ſi dicat: Mallet homo non pati, quàm pati. quaſi dicat: ſed vult idem homo non ſuam, ſed tuam impleri voluntatem o Pater. Neque probatur multum quod quidam interpretantur ipſum non ſecundum rationem, ſed ſenſualiter oraſſe: non enim orat ſenſualiter fieri Dei voluntatem, ſed plena oratio.

Quòd verò ab angelo dicitur confortatus, nihil diuinæ obſiſtit maieſtati. Non enim deitas conſolationem aliquam ſuſcipit à creatura, ſed homo, qui etiam à virgine fotus & paſtus & educatus, nedum ab angelis, ſed planè mulierculis poſt laboris fatigationem legitur refocillatus. Opinantur etiam plura, quænam cauſa fuerit ſudoris ſanguinei, quem vix vnquam in

homine comperi poſsibile eſt. At paucis abſoluemus. Concedatur oportet imprimis, nullum vnquam hominem parem tuliſſe agoniam & anguſtiarum certamen, cum nemo præſciat quæ ſibi futura ſint. Etiamſi mortem acceſſuram ſciat, quam ſit amara, ignorat. At Chriſtus omnia ſciuit, atque ſciuit quàm forent amara. Ideo non mirum ſi ſupra hominum morem & naturæ curſum euaporauit ſudorem. Subinde non dubitandum, quin voluntate iam cœperit ſanguinem fundere, qui paulò pôſt pro noſtra totus erat hauriendus ſalute. Cæterum meditantibus Domini paſsionem, ad animam noſtram in hoc agone non leuis accedit occupatio, vt Deum præcipientem, hominem tum fugientem, tum volentē meditemur paſſionem quantumq; hæc oratio habuerit vehementis doloris, quæ etiam ſudorem extorſit ſanguineum. Hoc Dauid promiſit, Pſ. 54. cōtriſtatus ſū in exercitatione mea, & cōturbatus ſū a voce inimici, & a tribulatione peccatoris. Quoniā declina uerūt in me iniquitates, & in ira moleſti erāt mihi. cor meū cōturbatū eſt in me, & formido mortis cecidit ſuper me.

Tunc venit tertiò ad diſcipulos

suos,

ſuos,& dixit illis: Dormite iam & requieſcite. Sufficit. Ecce appropinquat hora,& filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus. Ecce qui me tradet propè eſt. Adhuc eo loquente, ecce Iudas, vnus de duodecim, cùm accepiſſet cohortem,& à Pontificibus & Phariſæis miniſtros, venit, & cum eo turba multa, cũ gladijs & fuſtibus, miſsi à principibus ſacerdotum, & Scribis & ſenioribus, cum laternis, & facibus,& armis, ãtecedẽs eos. Dederat autẽ eis ſignũ dicẽs: Quẽcũq; oſculatus fuero, ipſe eſt: tenete eũ, & ducite cautè.

Quidã putãt ironiã eſſe: Series verbořũ exigit, vt dicamus eos nõnihil requieuiſſe antequã dicatur, Sufficit. cohortẽ a Pilato, miniſtros a Põtificibus ſũpſit. omni apparẽtia res acta eſt, ne vlli mors Chriſti videretur iniuſta. conſpirãt principes, in quibus potẽtia. Iſai. 32: Ecce in iuſtitia regnabit rex & principes in iudicio præerunt, Sed hi ſocij furũ & latronũ effecti ſunt. Iſa. 1. Itẽ & ſacerdotes in quibus ſanctitas,

Exod.28.Scribæ in quibus ſcientia:Phariſæi,in quibus religio:ſeniores,in quibus prudentia.Iob 12:In antiquis eſt ſapiētia. Eſt res miranda, quomodo in mortem Chriſti potiſsimorum hominum cæcantur oculi. Errant à quibus omnis mundus verum quærere debuit.Iſai.9:Omnis hypocrita eſt & nequam,& vniuerſum os locutum eſt ſtultitiam. Signum dedit eis,quia non potuit turba propter noctis tenebras inter multos non errare. At Iudæ plenior notitia,vt vel ab vmbra,vel veſte diſcerneret eum.Oſculo autem prodit,quo minus notetur. Eſt enim vſque hodie mos quibuſdam in terris,vt amici aduentantes oſculo ſuſcipiantur: quanquam & Ioab in dolum id vertiſſe legatur, II. Reg.20. Cautè demum ducendum monuit,virtutem non ignorans illius,qua ſi ſi vellet,facilè erueretur de manibus ducentium:quod ſi fieret,quod ſuum eſt ſe feciſſe cauſaretur.

Ieſus itaque ſciens omnia quæ ventura erant ſuper eum,proceſsit & dixit eis: Quem quæritis?Reſpōderunt,Ieſum Nazarenum. Dixit eis Ieſus:Ego ſum.Stabat autem &

Iudas qui tradebat eum cum ipſis. Vt ergo dixit eis, Ego ſum, abierunt retrorſum,& ceciderũt in terram.

Interrogat autem vt noſtræ prouideret fidei,quia non inuitus eſt captus,ſed quia ipſe voluit.Iſa.53. Altius quid intelligendum eſt per hoc quod ad ſuauiſsimę vocis auditum retro cecidiſſe dicatur cohors armata.Et certe vbique in factis ſuis hoc agere voluit,vt & verus crederetur Deus,& homo verus.Deijcit itaque ſolo verbo turbam armatam vt Deus,qui tamen ab eis mox capi voluit vt homo.Pſal. 39: Confundantur & reuereantur, qui quærunt animam meam,auertantur retrorſum & erubeſcant,qui quærunt mala mihi.

Iterum ergo interrogauit eos: Quem quæritis? Illi autem dixerunt: Ieſum Nazarenum. Reſpondit Ieſus: Dixi vobis quia ego ſum. Si ergo me quæritis, ſinite hos abire: vt impleatur ſermo,quem dixi: quia quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quenquam.

Intelligamus eis redditam ſurgendi virtutem, vt perficerent ad quod miſſi fuerant. Noluit tunc quenquam ſuorũ perire, aut capi diſcipulorum: tum quia ad ferendam mortem pro fide nondum erant idonei, tum quia poſt acceptum ſpiritum ſanctũ plures per ipſos erant quęritandi. Sic etiam orat pro eis Patrem, Ioan. 17. vt conſeruet eos a malo, eos quoque qui ipſorum miniſterio ad fidem adducendi fuerant.

Appropinquauit autem Iudas Ieſu, vt oſcularetur eum. Et cùm veniſſet, ſtatim accedens ad eum ait: Aue Rabbi. Dixitq; illi Ieſus: Amice ad quid veniſti? Et oſculatus eſt eum. Ieſus autem dixit illi: Iuda, oſculo filium hominis tradis?

Nunquam manſuetiſsimus agnus ſuæ obliuiſcitur pietatis, amicum adhuc nominat, quem ſciuit aduenisse inimicum. Ac ſi dicat: In hoc maior fit tua iniquitas, quia ſub pacis & amoris ſigno venenum mortiferum effundis proditoris, Pſal. 45. Molliti ſunt ſermones ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula. Quid enim dulcius ſalutatione, quid amicius oſculo? Et tamen

ſunt

ſunt nephandæ fraudis infeſtiſsima tela.

Tunc acceſſerunt, & manus iniecerunt in Ieſum,& tenuerunt eum. Videntes autem hi, qui circa ipſum erant, quod futurum erat, dixerunt ei. Domine, ſi percutimus gladio. Simon ergo Petrus, vnus ex his, qui erant cum Ieſu, habens gladium, eduxit eum: extendensq; manum,& percutiens ſeruum pontificis,& abſcidit auriculam eius dexteram. Erat autem ſeruo nomen Malchus. Reſpondens autem Ieſus, ait: Sinite vſque adhuc. Et cum tetigiſſet auriculam eius ſanauit eum. Dixit ergo Ieſus Petro: Mitte gladium tuum in vaginam: omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt: Calicem quem dedit mihi Pater, nō vis vt bibā illū? An putas, quia nō poſſum rogare patrē meū, & exhibebit mihi modò, pluſquā duodecim legiones angelorū? Quomodo ergo implebūtur.

centum octoginta quinque milia bellatorum vna excinerauerit nocte, 4. Reg. 19. Legio autem vſu Latinorum 6666. viros continet, quæ ſi duodecies augmentetur, reddit 79992. id eſt, minus octo 80000. Quartò, quia contra ſcripturam nitebatur, quam non implere erat impoſsibile. Nunc & Iſaiæ 53. & Danielis 9. teſtimonijs palàm eſt Chriſtum oportere occidi. Sanauit igitur ſuum vulneratum, ne in vllo veritati ſcripturarum detraheretur, ſi quenquam in ſui defenſione permiſiſſet offendi.

In illa hora dixit Ieſus turbis, & ad eos qui venerant ad ſe principes ſacerdotum, & magiſtratus templi, & ſeniores: Tanquam ad latronem exijſtis cum gladijs & fuſtibus comprehendere me, cùm quotidie vobiſcum fuerim in templo docens, & non me tenuiſtis, nec extendiſtis in me manum. Sed hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum. Hoc autem totum factum eſt, vt adimplerentur ſcripturæ prophetarum.

Textus expoſcit credere nedum prin-

cipum & ſeniorum ſeruos,ſed & quoſdã ex ipſis ad capiendum Ieſum exiuiſſe: eatenus tantum rabie furebant,vt ne dignitatis ſuorum memores eſſent officiorum. His autem verbis Chriſtus impiorum taxat cæcitatem.ac ſi dicat: Sic excæcati eſtis,vt quem inermem docentem in medio veſtrum capere nullis potuiſtis inſidijs,Ioan.8.eò quod nondum capi vellem,iam vi armorum obruere poſſe credatis? Veruntamen nec modò poſſetis, niſi hæc data vobis eſſet hora,vt poteſtates exerceatis tenebrarum. Et certè tenebrarum, quæ lumen non ſequuntur veritatis. Hi etenim erant de quibus Iſaiæ 6. Excæca cor populi huius. Et rurſus: Quorum opera ſunt in tenebris,Iſaiæ vigeſimo nono.

Cohors autem & tribunus, & miniſtri Iudæorum comprehenderunt Ieſum, & ligauerunt eum, & duxerunt ad Annam primùm. Erat enim ſocer Caiphæ, qui erat pontifex ãni illius. Erat autẽ Caiphas, qui cõſiliũ dederat Iudæis,quia expedit vnũ hominẽ mori ꝓ populo.

Qua

Qua autem immanitate ligauerint eũ duxerintq́; ſcriptura non aperit:ex ſitibunda tamen nefandiſsimorum inſania Chriſtiana mens haurire quibit, miſerandum fuiſſe ſpectaculum,atque hinc & inde ludicrè tractum, diris quoque vinculis alligatum, vti præmoniti fuerant, vt ducerent cautè. Ad Annam verò primò ducunt eum: tum quia maior natu erat, tum quia primum, ſecundum doctores, eius occurrebat ducentibus Chriſtum domicilium.

Tunc diſcipuli omnes relicto eo fugerunt. Adoleſcens autem quidam ſequebatur eum, amictus ſindone ſuper nudo,& tenuerunt eũ: at ille relicta ſindone, nudus profugit ab eis.

Vt prædixerat Ioan.16:Ecce venit hora vt diſpergamini, vnuſquiſque in propria,& me ſolum relinquatis.Pſal.87:Lõgè feciſti notos meos a me, & proximos meos a miſeria.Quis autem fuerit iſte adoleſcens dubium eſt,maximè cum dixerit Chriſtus:Sinite hos abire,ſcilicet Apoſtolos.Ideo veriſimile eſt alium quendam fuiſſe.

Seque-

Sequebatur autem Ieſum Simon Petrus,& alius diſcipulus. Diſcipulus autem ille notus erat pontifici, &introiuit cum Ieſu in atrium pōtificis. Petrus autem ſtabat ad oſtiū foris. Exiuit ergo diſcipulus ille, qui erat notus Pontifici, & dixit oſtiariæ, & introduxit Petrum. Quem cùm vidiſſet ancilla quædam ſedentem ad limen,& eū fuiſſet intuita,dixit illi ancilla oſtiaria: Nunquit & tu ex diſcipulis hominis illius es? At ille negauit coram omnibus dicens: Mulier, non ſum: neſcio quid dicis, neque enim ſcio, neque noui illum. Et exijt foras ante atrium, & gallus cantauit.

Quanquam primò omnes diſcipuli fugerint,hi duo tamen ſingulari fœdere iuncti(eſt enim de ratione accipiendum)ſequebantur eum à longè:verùm quia alter Pontifici notus erat,ideo vterq; intromiſſus eſt, vt impleretur quod Ieſus de Petri negatione prænunciarat. Vnde aūt iſte notus fuerit,non ſatis conſtat, nec plurimum

mum refert: poſſumus tamen cum quibuſdam ſentire, quia filius fuit piſcatoris, qui ad domos magnatum ſolent quandoque deferre piſces. Vides nunc o Petre, quia certior fuit Chriſti pręſcientia, quàm tua præſumpta conſtantia? En non vir armatus mortem machinatur, non vibrātem ad huc gladium cernis imponi gutturi. Vox eſt mulierculæ plus fortè compatientis quā inſidiātis. Etecce negas te illū noſſe pro quo mori paulo antè durum non fuit? Admiſit autem Deus caſum illius, quoniam Petri nomen habet tanquam firmior eſſet cunctis: vt cunctos humanę fragilitatis in eo præmoneat exemplo: & vt diſceret ipſe paſtor futurus ouium, ex ſeipſo, quæ ſunt proximi, Eccl. 31.

Notandum verò tres Euangeliſtas de Anna nullam mentionem facientes, trinā Petri negationem ſic deſcribere, quaſi omnes factæ eſſent in atrio Caiphæ ſummi ſacerdotis: Ioannes verò primam ſic ponit, ac ſi facta fuiſſet in domo Annæ, & hoc ante primum gallicantum, reliquas verò in domo Caiphæ, vtrobique tamen ad ignē, & per ancillas.

Pontifex ergo interrogauit Ieſum

ſum de diſcipulis ſuis, & de doctrina eius. Reſpondit ei Ieſus: Ego palam loquutus ſum mundo: ego ſemper docui in ſynagoga & in tẽplo, quò omnes Iudæi conueniunt, & in occulto loquutus ſum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt, quid loquutus ſum ipſis. Ecce hi ſciunt quid dixerim ego. Hæc autem cùm dixiſſet, vnus aſsiſtens miniſtrorum dedit alapam Ieſu, dicens: Sic reſpondes pontifici? Reſponeit ei Ieſus: Si malè loquutus ſum, teſtimonium perhibe de malo: ſi autem benè, cur me cædis?

Quia enim coram Anna accuſator nullus fuit, ipſe pontifex Chriſtum interrogauit de his, quæ ſibi diſplicebant, atque contra legem videbantur: cur videlicet tantos poſt ſe duceret diſcipulos, duodecim autem, & quod pluris eſt, alios 72, & vbi nunc eſſet, &c. At Chriſtus de ipſis nihil reſpondit, nec laudare voluit, quia turpis fuga reprehenſibiles fecit, Sed nec

rurſus

rurſus accuſare, quos fortes ſuæ fidei athletas eleuare diſpoſuit poſt ruinam. De doctrina modeſtè nimis reſpondit: ſciebat enim Annam non interrogare veritatis cognoſcendæ amore, ſed ſtudio calumniandi. Ideo ipſemet de ſua non vult iudicare doctrina, ſed audientibus, quibus plus fortaſſis fidei apud talem eſſet pontificem, iudicandum relinquit. Affirmat ſe non in angulis, vt ſuſpecti ſolent magiſtri: ſed palam dogmatizaſse. Verũ hæc diuinæ ſapientiæ reſponſio in irreuerentiam cedere viſa eſt pontificis: ob id Dominus Maieſtatis a ſeruo feritur iniquitatis, vt impleretur ſcriptura, Threno 3: Dabit percutienti maxillã, ſaturabitur opprobrijs. Nec leuẽ hãc alapã fuiſſe, probat tũ percutiẽtis iniquitas, tũ reſpõſio patiẽtis: nuſquã enim corporales tantũ legitur dãnaſſe iniurias ſua reſpõſione, prȩter hãc. Sed nec (quod Aug. monet) cõtra ſuũ prȩceptũ fecit, percutiẽti alterã nõ prebẽs maxillã, Matt. 5. quia nõ modò maxillã, ſed et totũ corpus ruciãtib. ſe prȩſto fuit exhibere Et mitit Annas ligatũ ad Caiphã põtificẽ, principẽ ſacerdotũ, vbi omnes ſacerdotes, et ſcribȩ et ſeniores in vnũ cõuenerãt.

En rabies inuidorum. Nocte conueniunt

niunt filij tenebrarum, vt lucem perdant animarum. Pſal. 2: Aſtiterũnt reges terrę, & principes conuenerunt in vnum aduerſus dominum & aduerſus Chriſtum eius.

Petrus autẽ à longè ſequutus eſt vſque in atrium ſummi ſacerdotis, vt videret finem. Et ſedebat cum miniſtris ad ignem & calefaciebat ſe.

Et hic & in domo Annæ ignem accenſum liquet, propter frigus noctis, videlicet illius temporis, cum & nox ſemper ſuum frigus habeat.

Summi autem ſacerdotes & omne concilium quærebant falſum teſtimonium contra Ieſum, vt eum morti traderent: & non inuenerunt, cùm multi falſi teſtes acceſſiſſent. Multi enim falſum teſtimoniũ dicebant aduerſus eum, & conuenientia teſtimonia non eranr. Nouiſsimè autem venerunt duo falſi teſtes, & falſum teſtimonium ferebant aduerſus eum, dicentes: Hic dixit: Quoniam audiuimus eum dicentem:* Poſſum deſtruere templum

**plũ Dei manufactũ & poſt triduum aliud nõ manufactũ reædificare: & nõ erat cõueniẽs teſtimoniũ illorũ.**

Falſum quærebant teſtimonium, verum non habentes: vbi Euangeliſta iniquã illorum conſcientiam taxat. At Ieſu tanta erat innocentia, vt ne in facto quidem ſpeciem poſſent confingere malefacti. Pſal. 63. Narrauerunt, vt abſcõderent laqueos, dixerunt: Quis videbit eos? Scrutati ſunt iniquitates, defecerunt ſcrutantes ſcrutinio.* Hic artificioſius ſe mendacium exquirere ſunt opinati, ſi ex ore ſe audiuiſſe quid proferrent. Sed mentita eſt iniquitas ſibi: Inſurrexerunt in me teſtes iniqui. Nã & verba & ſenſum verborũ Chriſti peruerterunt. Dixit enim Ioan. 2: Soluetis: Non poſſum deſtruere & reſuſcitabo, nõ reædificabo & reſuſcitabo, nõ reædificabo admentientes, non manufactum & manu factum. Et ſenſum non aſſequebantur, quoniam chriſtus de templo ſui corporis, non templo ciuitatis fuerat loquutus. Hi ſunt qui loquuntur in Iſaia vigeſimo octauo: Poſuimus mendacium ſpem noſtram, & mendacio protecti ſumus: vt impleretur ſcriptura, Pſal. 34: Surgebant teſtes

iniqui,& quæ ignorabam, interrogabant me.Hinc ſequitur.

Exurgens ſummus ſacerdos in mediũ,interrogabat Ieſum, dicẽs: Non reſpondes quicquam ad ea quæ tibi obijciuntur ab his,& quę iſti aduerſum te teſtificantnr? Ieſus autem tacebat,& nihil reſpondit.

Torquebantur enim quòd nullũ poſſent ſtatuere mendacium,quod ſufficeret ad mortis accuſationem:at ſi loqueretur, non dubitabãt,quin aliquid dicturus eſſet, in quo accuſari poſſet. Tacet autem Ieſus in his & ſimilibus:tum quia iniurijs defen di noluit, tum vt ſcriptura adimpleretur: Oblatus eſt,quia ipſe voluit, & non aperuit os ſuũ:Sicut ouis ad occiſionem ducetur,& quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet.Iſai.53.& Hier.11:Ego quaſi agnus manſuetus,qui portaur ad victimam.

Rurſus autẽ ſummus ſacerdos interrogabat eũ,& dixit ei:Adiuro te per Deum viuũ,vt dicas nobis,ſi tu es Chriſtus filius Dei. Ieſus autem dixit illi:Tu dixiſti:Ego ſum. Veruntamen dico vobis, à modo

uide-

videbitis filium hominis ſedentē à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli.

O aſtutiam ſerpentinam. Nolentē reſpondere ad ſimiles accuſationes, per nomen Dei coniurat. Interrogat autē nō veritatis amore, ſed vt quiduis reſpondeat, modò anſam habeát condēnandi. Nēpe vt ſi ſe filium Dei negaret, mox haberent, vt obijcerent, quia ſe filium Dei toties appellaſſet: ſi contra legem Dei docuiſſe ſe fateretur, vt baſphemus dānaretur, quod & factū eſt. Ieſus verò eo loquitur moderamine, vt nec taceat veritatē, nec tamen det cauſā calūniæ manifeſtā. ac ſi dicat: Tu quidē dicis, non credis autē: ſed verū probabis, cū iem nō vt fragilē hominē, ſed vt Deū potētē altero in aduētu me videris

Tūc princeps ſacerdotū ſcidit veſtimēta ſua, dicēs: Blaſphemauit, quid adhuc egemus teſtibus? Ecce. nūc audiſtis blaſphemiā. quid vobis videtur? Qui omnes cōdēnauerūt eum reum mortis.

Mos erat Iudæis veſtimenta dirumpere in ſignum offneſionis, ſi quando audiſſent quicquam contra Dei honorem,

dignius,quàm illudi Dei virtutem? Quid turpius fœdiusue,imò horribilius, quàm faciem,in quam & angeli proſpicere deſiderant, conſpuere & cædere? 1.Petr.1.

Omnes videntes deriſerunt me,loquuti ſũt labijs.&c.pſ 21.Et in Eſa.50:corpus meũ dedi percutientibus, & genas meas vellentibus:faciem meam non auerti ab increpantibus, & conſpuentibus in me. Thre.3:Dabit percutientibus ſe maxillá, ſaturabitur opprobrijs. Mich.7: In virga percutient,&c.Dicens autem: Et multa alia,&c. vult intelligi non omnia ſcripta eſſe,quæ hac nocte pertulit, ſed aut neglecta propter multitudinem, aut ſilentio tecta propter fœditatem. Porrò cum nihil fœditatis id hominum genus exhorreat,piè creditur totam hanc noctem non quieuiſſe ab illuſionibus & inproperijs, quod etiam prophetæ videntur aſtruere, vbi nunc illuſionibus repletum, nunc ſaturatum dicunt. Et Threnorum 3: Saturabitur opprobrijs.

Erat autem Simon ſtans & calefaciens ſe. Exeunte autem illo ianuam, vidit eum alia ancilla, & ait his qui erant ibi circumſtantibus:

Et hic erat cum Ieſu Nazareno Gā lilæo. Dixerunt ergo ei: Nunquit & tu ex diſcipulis eius es? Et iterū negauit cum iuramento, & dixit: Non ſum, quia non noui hominē. Et poſt puſillum interuallo facto, quaſi horæ vnius, acceſſerunt qui aſtabant, & dixerunt Petro: Verè ex illis tu es, nam & loquela tua manifeſtum te facit: nam & Galilæus es. Dicit vnus ex ſeruis pontificis cognatus eius, cuius abſcidit Petrus auriculam: Nónne & ego te vidi in horto cum illo? Iterum ergo negauit, & cœpit anathematizare, & deteſtari, & iurare: quia neſcio hominem iſtum, quem dicitis. Et ſtatim gallus iterum eo loquente cantauit. Et conuerſus Ieſus, reſpexit Petrū. Et recordatus eſt Petrus verbi domini, quod dixerat ei Ieſus Priuſquā gallus cantet bis, ter me negabis. Et egreſſus foras fleuit amarè.

Quia

Quia dicit Euangeliſta,exeūte illo,intelligendum eſt eum tantis viſis illuſionibus exire voluiſſe,ſicque iam iter ad eundum corripientē,interrogatū & accuſatum ab ancilla. Verum cum aſſentire eos ſibi putaret,manſiſſe eum,donec tertia cōpleretur negatio.

Vides quàm ſumat incrementū prȩuaricatio. Primò,ſimplici negatione Deū negauit,poſt hæc iuramentū addidit, demū & deteſtationē adiecit.

Non tā corporis quā miſerationis oculis reſpexit Dominus Petrum. Neq; enim otioſa erat oratio Chriſti, quā fuſuram ſe promiſerat pro Simone,ne fides eius tentationibus in pugna deficeret. Luc.22. Præſtatur hic peccatoribus aliqua miſerrimis fiducia,ne deſperent:daturque pœnitendi forma,vt lachrymis peccatorum ſordes extergant.

Et vt factus eſt dies, conuenerūt ſeniores plebis,& omnes principes ſacerdotum,& ſcribȩ, & conſilium inierunt adurrſus Ieſum,vt eū morti traderēt. Et duxerūt eū in cōſilium ſuum,dicentes: Si tu es Chriſtus, dic nobis. Et ait illis: Si vobis

bis dixero,non creditis mihi:ſi autem & interrogauero,non reſpondebitis mihi,neque dimittetis. Ex hoc autem erit filius hominis ſedés à dextris virtutis Dei.

In domo Caiphæ bis conueniſſe tres priores Euangeliſtæ manifeſtè loquuntur. Vtrum autem interrogatio bis facta ſit,nō eſt ſatis perſpicuum, maximè cùm quilibet ſemel cauſam tantùm deſcribat. Et quod Mattheus narrat factum à Pontifice,Lucas à concilio toto narrat factū. Sequitur tamen hic vſum communiorē, qui ſemel à Pontifice,& ſemel à concilio hanc tenet inquiſitionem eſſe factam: pro quo non parum facit, quod Matthæus & Marcus in primo concilio, antequam dies fieret, Lucas facto mane, interrogatum Ieſum ſcribunt.

Sciebat Chriſtus, vt quicquid reſponderet,ſemper inuerterent: ideo reſpondit,Si dixero,&c. non credetis. Sic alibi, Ioannis decimo, interrogantibus illis: Si tu es Chriſtus,dic nobis palam: reſpondit:Loquor vobis,& non creditis mihi: ſi autem interrogauero, num in me ſcripturæ impleantur,non reſpondebitis ma-

litia

litia cæcati, tametſi ad oculum appareat, neque dimittetis. Non enim veritatis, ſed falſitatis gratia inierunt conſilium malignantes. Pſalmo vigeſimoprimo: Quoniã circundedertnt me canes multi, conſiliũ malignantium obſedit me.

*Dixerunt autem omnes: Tu es ergo filius Dei? Qui ait: Vos dicitis, quia ego ſum. At illi dixerunt: Quid adhuc deſideramus teſtimonium? Ipſi enim audiuimus de ore eius. Et ſurgens omnis multitudo eorum, duxerunt eum vinctum à Caipha in prætorium, & tradiderunt Pontio Pilato Præſidi. Erat autem mane.

*Ex iam dictis intelligitur locus iſte. Mane duxerunt eum ad præſidem, quia ſitierunt vehementer ſanguinem innocentem. Pedes eorum ad malum currunt, & feſtinant, vt effundant ſanguinem innocentem. Prou. 1. Iſaiæ 59.

Tunc videns Iudas, qui eum tradidit, quòd damnatus eſſet, pœnitentia ductus, retulit triginta argen-

teos principibus ſacerdotum,& ſe-
nioribus, dicens: Peccaui, tradens
ſanguinem iuſtum. At illi dixerũt:
Quid ad nos? Tu videris. Et proie-
ctis in templo argenteis, receſsit, &
abiens laqueo ſe ſuſpendit. Princi-
pes autẽ ſacerdotũ, acceptis argen-
teis dixerũt: Non licet eos mittere
in corbonam, quia pretiũ ſanguinis
eſt. Conſilio autem inito emerunt
ex eis agrum figuli, in ſepulturam
peregrinorum. Propter quod voca
tus eſt ager ille Acheldemach, hoc
eſt, ager ſaaguinis, vſque in hodier-
num diem. Tunc impletum eſt,
quod dictum eſt per Hieremiã pro-
phetã, dicentẽ Et acceperũt triginta
argenteos, pretiũ appertiati, quem
appretiauerũt à filijs Iſrael, & dede-
rũt eos in agrũ figuli, ſicut conſti-
tuit mihi Dominus.

Tangit Euangeliſta Iudæ pœnitentiã, quamuis inutilem, vt ſcriptura compleretur. Stulta excuſatio, ac ſi non paris eſſent

crimi-

criminis,qui vẽdidit,& qui emerunt ſanguinem innoxium. Licet hic cernere Phariſaicam conſcientiam. Nefas fuit illis pretium ſanguinis in gazophylaciũ mittere, quibus non erat peccatum,ipſum ſanguinem fundere. Scripturam,quam hic citat Euangeliſta, in Hieremiæ exemplaribus quæ ſunt apud nos non habemus: doctorum verò variæ ſunt opiniones. Hieronymus vero ſuper hunc locum fatetur ſibi apocrypha quædam monſtrata ſub nomine Hieremiæ,in quibus ad litteram hæc legerit. Auguſtinus putat è ſpiritu ſancto factum, vt Hieremiam citaret,quod tamẽ Zachariæ eſt.quo intelligeremus prophetis communia. Sic vtcunq; credi oportet, Euangeliſtam alioqui ſcripturis haud peritum,ex ſpiritu ſancto loquutũ: & ob id eſſe ſcripta nonnulla prophetarũ, quæ ad nos non peruenerunt. Sic & 2. Machab. 1. citatur Hieremias,quod per ipſum pręceperit dominus trãſmigrantibus accipere ignẽ altaris abſcõditũ. Verũ in Za. 11. idẽ ſeſus reperit,tametſi verbis ſubobſcuris.

Ieſus autẽ ſtetit ante præſidẽ. Et ipſi non introierunt,vt non contaminarentur,ſed mãducarẽt paſcha.

Tamet-

Tametſi maior interpretum numerus hoc paſcha pro azymis panibus accipi putat, eo quod Iudæi veſpere diei præcedentis, quæ erat 14. dies primi menſis, ſecundum legem paſcha manducarint, ſicut & Chriſtus, id eſt, agnum anniculum: attamen ſic grauis oritur quæſtio, atque diſſonãtia inexplicabilis: nempe quomodo Iudæi vſqueadeò zelantes literam, ipſo primo die azymorum, qui incipiebat à veſpera diei 14. menſis vſque ad veſperam diei ſequentis, Chriſtum ceperint, ligauerint, iudicia atque concilia congregauerint, Chriſtum crucifigendum tradiderint: quomodo etiam boni Iudæi, Nicodemus & Ioſeph, corpus Domini ſepelierint, &c. cùm iſta dies fuerit ſancta, nihilq; operis in ea fieri licitũ fuerit. Exo. 12. Leui. 25.

Secundò, quomodo Ioan. 19, vocat paraſceuem paſchæ eum diem, quo crucifixus Ieſus eſt, præparationem futuræ ſolennitatis.

Tertiò, quomodo ſit verum eos timuiſſe inquinationem propter panes azymos, qui nuſquam prohibiti ſunt iuxta legem vt immundi: imò fieri non potuit, quum per ſeptẽ dies ſub mortis pena non licuerit in ædibus Iudæorũ azymos reperiri.

Et

Et profectò tantis diebus vix quiſquam non potuit coinquinari, cui eſus panum extitiſſet negatus. Græci igitur volentes hunc diluere nodum, dixerunt tres Euangeliſtas erraſſe, qui prima azymorum die Chriſtum deſcribunt comediſſe paſcha, Iohannem verò eos correxiſſe: quod certè à blaſphemia non longè diſsidet. Quidam verò Latinorum, Iudaicarum inſtitutionum non ignari, haud ineruditè diſſoluũt, aſſeuerantes propter feſtiuitatum concurſum talem habuiſſe ordinantiam, vt nunquam duo vel plures dies eſſent celebres continuè, ne grauaretur populus: & quidem tunc etiam ſic obſeruatũ. Dies enim paſchæ venit in paraſceue ſabbati: ideo in ipſum ſabbatum eſt tranſlatum. Chriſtus vero eorum noluit aduertere traditionẽ, vt veritas reſponderet figurę. Ergo 14. die ſuis cum diſcipulis ſecundũ legem manducauit paſcha: Iudæi autem ſecundum ſuam traditionem diſtulerunt in diem 15. quo licuit eis operari vſque in veſperam. Tres igitur Euangeliſtæ diem azymorum accipiunt ſecundum legem. Ioannes paraſceuen ſecundum Iudaicam conſtitutionem: quod vt admittamus, etiã non parum facit, quod nuſquam legitur

azymos

azymos panes paſcha vocari.

Exiuit ergo Pilatus ad eos foràs, & dixit: Quam accuſationē affertis aduerſus hominem hunc? Reſponderunt,& dixerunt ei: Si non eſſet hic malefactor,non tibi tradidiſſemus eum. Dicit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos,& ſecundum legem veſtram iudicate eum. Dixerūt ergo ei Iudæi: Nobis nō licet interficere quenquā. Vt ſermo Ieſu impleretur,quē dixit,ſignificans, qua morte eſſet moriturus.

Suſpicatus haud leuem ſubeſſe cauſam, vt à tantis tāque magnis,tā mane quoque adduceretur.

Arbitrabantur Præſidē pontificali perfidiæ fidem dare, cum legiſperiti pariter viderentur & zelatores, qui hominē minimè traducerent,niſi ſatis ſuperque reū comperiſſent. At Pilatus Romanā ſequēs ęquitatē,dānare noluit, cuius cauſam ignorauit: riſu quodā ait: Accipite eum vos, &c. quaſi dicat: Si veſtra ſufficit examinatio,ſufficiat & ſciētia veſtra,ſciēs, quia nō liceret eis occidere reū ſine Romani pręſidis

dis voluntate. Ideo profitentur idipſum ſi bi non licere, vt ſermo Ieſu impleretur, quo prædixit ſe nõ à Iudæis corporaliter occidendũ, ſed id ab eis per gẽtes procurandum. Matt. vigeſimo, Lucæ decimo octauo.

Cœperunt autẽ illũ accuſare, dicentes: Hunc inuenimus ſubuertẽtẽ gentẽ noſtrã, & prohibentẽ tributa dari Cæſari & dicentẽ ſe Chriſtum Regem eſſe.

Suberſionem gentis putabant conuerſionem ad fidem. Quod vero Cæſari negauit tributa. mẽtiebantur. Dixerat: Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, Matt. 22. Sed & tertium ſunt mentiti, quia nunquã ſe regem appellaſſe legitur, quanquã verè rex eſſet promiſſus: imo ſciens ſe rapiendũ in regem fugit, Ioan. 6. Hæc autem maluerunt ponere, quia videbãtur magis ad pręſidis officium pertinere, qui Reipublicæ pacẽ, ſui domini redditus pariter & ſubiectionem in plebe ſibi cõmiſſa cuſtodire debebat.

Introiuit ergo Pilatus in pr ętoriũ &

& vocauit Ieſum, & interrogauit eum: Tu es rex Iudæorum? Reſpõdit Ieſus: A temetipſo hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me? Reſpondit Pilatus: Nunquid Iudæus ego ſum? Gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi, quid feciſti?

Duobus primis omiſsis, eo quòd vel non curaret, vel ſimilia ſciret, de tertio tãtùm queſtionem agit: Num verum eſſet, quòd contra imperatoris potentiam regẽ ſe extulerit gentis Iudaicæ. Cui ille: A temetipſo, &c, ac ſi dicat: Si tu de me hoc ſuſpicaris, oro, quid cauſæ in me comperiſti, vt hæc me interroges? Num vnquam mihi vel familiã, vel opes, vel genus, vel quicquam regem concernens vendicaui? ſin veró alijs narrantibus hoc habes, cur credis quod non probatur?

Nunquid Iudæus ego? &c. Ac ſi dicat: Ex me certè non habeo, qui Iudæus non ſum, & ob hoc tua fácta ignoro: ij verò qui te tradidere, docti ſunt pariter & potẽtes: vtique ſciunt, cur te vt regni ambitorem accuſarint: dic ergo quid feceris?

Reſpondit Ieſus: Regnum meũ

non

non eſt de hoc mundo: ſi ex hoc mũdo eſſet regnum meum, miniſtri mei vtique decertarent, vt non traderer Iudæis: nunc autem regnum meum non eſt hinc.

Non ſe regem mundi eſſe negat Chriſtus, de quo dicitur: Rex regũ, & Dominus dominantium, Apoc. 19: & Hieremię 23: Regnabit rex, & ſapiẽs erit: ſed de hoc mundo, id eſt, vt reges mundi regnant tẽporaliter, in re tantum mundana. Alioqui, ait, mundani miniſtri, qui ſpiritus ſunt ignorantes, hæc me pati non ſinerent: atqui non eſt hinc, ideo hæc patior, homine nullo pro me certante.

Dixit itaque ei Pilatus: Ergo rex es tu? reſpõdit Ieſus: Tu dicis quia rex ſum ego: Ego in hoc natus ſum & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeã veritati: Omnis qui eſt ex charitate, audit vocẽ meã.

Intellexit Pilatus non negaſſe ſe regem, imò probaſſe, licet non de hoc mundo. Interroganti autem exponit Chriſtus, cur ſuo relicto regno, hunc mundum intrauerit peregrinus: nempe vt teſtis eſſet veri-

 tatis.

tatis,ſui videlicet ipſius,qui via eſt, vita & veritas. Ioan.14. hoc habens teſtimoniū, vt quicunque crederet in ipſum, agnoſceret veritatem,id eſt,Deum.Ioan.8. Quod quidē teſtimoniū hi ſoli ſuſcipiūt,qui ſunt ex veritate, qui ſunt ex Deo regenerati. Nihil ad hanc quæſtionē reſpondiſſe legitur,quia veritas non niſi à credente cognoſcitur. Iſaiæ ſexto: Niſi credideritis, nō intelligetis.

Dicit ei Pilatus: Quid eſt veritas? Et cùm hoc dixiſſet, iterū exiuit ad Iudæos,& dixit eis: Nullā inuenio cauſam in hoc homine. At illi inualeſcebant, dicentes: Cōmouit populū, docens per vniuerſam Iudæā,incipiēs à Galiça vſq; huc.

Seditionis crimē obijciunt rurſum,non ignorantes ipſum Pilatum quondā ſeditioſum quendam Iudam Galilæum cū ſuis interfeciſſe,& eorum ſanguinē ſacrificiorum cruoribus cōmiſcuiſſe.Lucę decimo tertio.Actor.5. Verùm Pōtius,vti homo ſagax & ſedulò prudēs,& Ieſu innocētiā, & Iudæorum inuidiam cernebat; ideo de eius potius liberatione curam habuit,

quàm de morte.

Pilatus autem audiens Galilæum, interrogauit ſi homo Galilęus eſſet: & vt is cognouit, quòd de Herodis eſſet poteſtate, remiſit eũ ad Herodem, qui & ipſe Hieroſolymis erat illis diebus.

Erat enim Herodes Tetrarcha Galilęę, Iudæorum habens in ſuæ regionis homines iudicij poteſtatem. Tu verò Chriſtiane attẽde, quomodo Dominus omniũ ãte reges & pręſides veluti malefactor ducit.

Herodes verò viſo Ieſu, gauiſus eſt valde: erat enim cupiens ex multo tẽpore videre eũ, eo quòd multa audierat de eo: & ſperabat ſignũ aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autẽ eũ multis ſermonibus. Et ipſe nihil reſpondebat. Stabãt autẽ principes ſacerdotũ & ſcribę cõſtãter accuſantes eũ. Spreuit aũt illum Herodes cũ exercitu ſuo, & illuſit indutũ veſte alba, & remiſit ad Pilatũ. Et facti ſunt amici Herodes & Pilatus in iſta die: nam antea inimici erãt adinuicẽ.

 Hinc

Hinc itaque Herodis gaudium,non ſpiritus,ſed carnis, curioſitatis, non pietatis. Volebat rara videre, non bona diſcere. Quòd interrogat,non exprimitur: cætera id manifeſtant, eum vtique ſciſcitatum, qua virtute faceret mirabilia,vtrũne Propheta eſſet,&c.Ideo non meretur reſponſum,quia nõ ſunt margaritæ ante porcos proijciendæ.Matt.7.

Obſcœna mendacia & hic Iudæos tuliſſe in medium,dubium non eſt. Verum & hoc cordi nobis ſit,quòd à prophanis & dominis & ſeruis rex maieſtatis illuditur,& conſpuitur ipſa bonitas fatuorũ amictu inhonoratur,ſapientia Dei ducitur & reducitur per aſpera viarum.

Fiunt amici ex iniquitate, quos iuſtitia fœderare nequiuit.Id enim opus conſuetum eſt diaboli,vt impios ex perſecutione bonorum faciat eſſe concordes.

Pilatus autem conuocatis principibus ſacerdotum, & magiſtratibus,& plebe, dixit ad illos: Obtuliſtis mihi hominem hunc quaſi auertentem populum: & ecce ego coram vobis interrogans, nullam

cauſam

cauſam inuenio in homine iſto ex his, in quibus eũ accuſatis: ſed neque Herodes. Nam remiſi vos ad illum. Ecce nihil dignum morte actũ eſt ei. Emendatum ergo illum dimittam. Et accuſabant eũ ſummi ſacerdotes in multis. Et cùm accuſaretur à principibus ſacerdotum & ſenioribus, nihil reſpondit.

Palàm arguit principes & magiſtros falſitatis, quia coram ipſis accuſatus, probatur innoxius. At nec ſic frons meretricia voluit erubeſcere. Hierem. 3: Vt quid emendabis quem innocentē clamas? Vides iam nonnihil animũ violatum, vt contra iuſtitiam caſtiget iuſtum, quo rabies compeſcatur iniquorum.

Tunc dicit illi Pilatus: Non audis quanta aduerſum te dicant teſtimonia? non reſpondes quicquã? Videſne in quantis te accuſant? Ieſus autem amplius nihil reſpondit ei ad vllum verbum, ita vt miraretur Preſes vehementer.

Verba ſunt prouocantis ad reſponſionem.

nem. Libenter enim vidiſſet Pilatus, vt Chriſtus in ſua ſe defenſaret cauſa, maximè cùm eſſet innocens, & ad confutãda mendacia potens, vti homo eruditus & eloquens: Ita tacentem vehementer admiratus eſt, cùm nemo etiam palàm iniquus non ſe defendere quærat, vbi de ſuo res agitur ſupplicio, & hic ſolus ſuæ ſalutis curam nullam haberet. Pſalm. Obmutui, & ſilui à bonis.

Per diẽ autẽ ſolennẽ neceſſe habebat pręſes dimittere populo vnũ ex vinctis, quẽcunq; voluiſſent, & petiſſent. Habebant autẽ tunc vnũ vinctũ inſignẽ, qui vocabatur Barrabas, qui erat propter ſeditionem quandã factã in ciuitate & homicidium miſſus in carcerẽ. Et cùm acceſſiſſet turba, cœpit rogare, ſicut ſemper faciebat illis. Reſpondit Pilatus, & dixit: Eſt cõſuetudo vobis in Paſcha, quem vultis dimittam vobis? Barrabam, an Ieſum, qui dicitur Chriſtus? Vultis ergo dimittam vobis regem Iudæorum? Sciebat

bat enim quòd per inuidiã tradidiſſent eũ. Pontifices autẽ concitauerant turbam, vt magis Barrabam dimitteret eis. At illi dixerunt: Nõ hunc, ſed Barrabam. Erat autẽ Barrabas latro.

Inſignem reor in malã partem accipi, quia crimine notiſsimus. Inter hos duos tã tum optionem poſuit, quamuis plures habuerit, credens nullũ eorũ eligere hominẽ tam palam iniquũ prę Ieſu, cui nihil ſimile potuit obiectari, quoniã optima fama erat apud multos.

Grex perditus factus eſt populus meus paſtores eorum ſeduxerunt eos. Hieremię 89. En malignantis populi cæcitatẽ. Sicariũ & homicidã ſibi dimitti poſtulãt, mortuos ſuſcitantẽ damnãt, quod Petrus eis improperans, ait Actor. 3: Vos ſanctũ & iuſtum negaſtis, & petiſtis virũ homicidam vobis dari: autorẽ verò vitę interfeciſtis. Cuius rei gratia per Micheã 5. ei prędicantur vaſtatiões, appellatq; filia latronis. Nũc, inquit, vaſtaberis filia latronis. Nẽpe ab eo tẽpore pax nulla fuit Iudęis, ſed

latrocinijs in hodiernum vſque diem vaſtantur, atque immatura pereunt nece: fugantur & perſequuntur vbique.

Iterum autem Pilatus loquutus eſt ad eos, volens dimittere Ieſum: Quid ergo vultis faciam regi Iudæorum? At illi ſucclamabāt, dicētes: Crucifige, crucifige eum. Ille autē tertiò dixit ad eos: Quid enim mali fecit? Nullam cauſam mortis inuenio in eo: Corripiam ergo illum, & dimittam. At illi magis clamabant, & inſtabant vocibus: & magis poſtulantes vt crucifigeretur, inualeſcebant voces eorum. Tunc ergo apprehendit Pilatus Ieſum, & flagellauit.

Non leue ſtudium adhibuit homo gentilis pro liberatione hominis innocentis. Simul clamabant, & inualeſcebant vocibus, vt quod iuſtitia ſibi denegari timebant, obtinerent clamoribus: vt quondam prædixit in Iſaia 3. loquens de vinea ſua: Expectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas iniuſtitiam, & ecce clamor. Item in

in Hieremia. 12. nã & fratres tui, & domus patris tui pugnauerunt aduerſus te, & clamauerunt poſt te plena voce. Et iterum: Dedi dilectam animam meam in manus inimicorum eius, facta eſt mihi hæreditas mea: quaſi leo in ſylua dedit contra me vocem. Mens Pilati fuit, vt litera docet, vel immeritis flagellis innocentis ſanguinis ſitim tollere de cordibus Iudæorum, quãquã nihil profecerit. Verùm & ipſa Pilati pietas impietate plena fuit, vt tantis laceraret plagis hominem etiam ſuo iudicio innocentem. Cæterum tametſi flagellatio hæc vnico ſimplicique ſermone deſcribatur, Chriſtianæ tamen erit ſolicitudinis attentius quàm fuerit grauis diſquirere, vt cognoſcat quanta ſuis delictis Domino ſuo flagella augmentarit. Occurrit inprimis denudatio virginei corporis in medio ſpurciſsimæ turbæ, quod pudicis pectoribus grauior eſt cruciatus, quã mors ipſa, vti in puellis ſacris certa experientia compertum eſt, quas Dominus à nuditatis protexit opprobrio, necis ſupplicio relinquens eaſdem. Nudatum verò potior doctorum opinio columnæ vult alligatũ fuiſſe, ſicque flagellis, virgis, ſcorpionibus dilaniatũ: vt plagæ plaga, vulnus vulneri,
 liuor

liuor adderetur liuori,iuxta id: Et ſuper dolorem vulnerũ meorum addiderunt, &c Pſal. 98. donec impleretur: A plãta pedis vſque ad verticem nõ eſt in eo ſanitas. Nam quòd fortes cæpiusque iteratos inflixerũt ictus, propheticus enarrat ſermo, pſal. 34: Aduerſum me lętati ſunt, & cõuenerunt: multiplicata ſunt ſuper me flagella. Et pſal. 128. Supra dorſum meũ fabricauerũt peccatores: prolõgauerunt iniquitatẽ ſuam. Ad de plurimũ augere dolorem cõplexionis in Chriſto nobilitatem. Verum nec his ludibrijs imponitur modus: quin omnino humanitate oblita, feralem addijciunt immanitatem.

Milites autẽ pręſidis ſuſcipiẽtes Ieſum in prætorio, cõgregauerunt in eũ vniuerſam cohortẽ, & exuentes eũ, chlamydẽ coccineã circũdederũnt ei, & induũt eũ purpura: & plectentes coronã de ſpinis, poſuerunt ſuper caput eius arũdinẽ in dextra eius, & veniebãt ad eũ, & genu flexo ante illũ, adorabãt, & illudebant, dicentes: Aue rex Iudęorũ: & dabãt ei alapas, & expuẽtes in eũ, accepe-

acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius.

Milites, non homines ingenui, ſed nebulones intelligendi ſunt.

Putas quanto dolore veſtes extraxerunt, quibus iã pauloante fuerat poſt flagella indutus? Totius autem illuſionis opprobriũ hunc habuit finem, vt quẽ Iudęi regiæ dignitatis accuſarant cupidũ, inſtar regis, omnibus adornarent inſignijs, illudentes. Ac ſi dicerent: Vis eſſe rex? modò igitur te regẽ faciemus. Afferunt primò coccũ, vt vult Matthęus, ſiue purpurã, vt Ioan. refert, nõ pretioſam, ſed abiectã aliquã, atque protritã, qua ſacrum illud corpus ſemiueſtitum, cunctis ignominiosè turpiterq; redderetur irridendum. Poſthæc & coronam, non argenteã & aureã, ſed ſpineã, & vt plurimorũ eſt ſententia, de iuncis marinis acutiſsimorũ aculeorũ cõtextã, inſtar pilei, & vi, armata manu, ſacroſancto capiti imprimũt, cuius haud dubio pũctiones ſanguinẽ per genas ſacras fudiſſe credendũ eſt. Tertio loco arundinẽ ſceptri vice offerũt, vt fiſtulę vacuitas vanum ac vacuum regnum præmonſtraret. Quartò, ſic coronato etiam

regium

regium honorem impendunt, curuant genua, dicentes: Aue rex Iudæorum. Et ne putemus in gloriam ſibi factum, adiecit Euangeliſta, Illudentes ei, quod ſequentia reddunt manifeſtum. Nam quinto loco pro regis muneribus duras augmentant alapas: & haud dubio, ſicut omnis cohors extitit congregata, ita non fuit quiſquam, qui non fuerit illuſor: Sed plus horrendū eſt quod ſequitur: Nam ſextò expuerunt in eum, præclaram faciem ictuum grauitate, & ſputorum ſorde ſic exterminātes, vt verum videret Iſaias in Spirituſancto: Vidimus eum, & non erat ei ſpecies neq; decor: & quaſi abſconditus vultus eius, & deſpectus: vnde nec reputauimus eum, quaſi leproſum & percuſſum à Deo & humiliatum. Ipſe autē vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, &c. Sumunt loco ſeptimo arundinem de manibus eius, & percutiunt caput angelis quoque tremēdum, quod fatuis fieri ſolet, nouaturque ſtimulorum dolor ad verberationem impiorum. O rem à ſeculis inauditam. O ineffabilem dignationem. Quis ſine lachrymis ſui factoris poterit iniurias recēſere?

Exiuit ergo Pilatus foràs, & dixit

xit eis: Ecce, adduco eum vobis foras, vt cognoſcatis, quia non inuenio in eo cauſam. Exiuit ergo Ieſus coronam ſpineam portans, & purpureum veſtimentum. Et dicit eis: Ecce homo.

Argumentum innocentis ſumpſit Pilatus ex admiranda patientia & manſuetudine, quam inter tanta non amiſit Chriſtus ſupplicia.

Exiuit non clarus imperio, ſed plenus opprobrio, vt vel ſic ſatiarentur canes furibundi: ideo & dixit: Ecce homo: en hominem non iam hominis effigiem prætendentem: en ſpectaculum miſerandũ: pudeat vel nunc vltra hæc, quicquam exigere ſupplicij. Impleta eſt ſcriptura, qua dixit: Ego autem ſum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis. pſal. 21. Ideoq́ue & vos o filiæ Hieruſalem egredimini, & videte regẽ Salomonem in diademate quo coronauit eum non iam ſua mater, ſed ſæua nouerca ſynagoga.

Cum ergo vidiſſent eum pontifices & miniſtri, clamabãt, dicẽtes: Crucifi-

Crucifige, crucifige eũ. Dicit eis Pilatus: Accipite eũ vos, & crucifigite; ego enim nõ inuenio in eo cauſam. Reſponderunt ei Iudæi: Nos habemus legem, & ſecundũ legẽ debet mori, quia filium Dei ſe fecit. Cùm ergo audiſſet Pilatus hos ſermones, magis timuit. Et ingreſſus eſt prętoriũ iterũ, & dixit ad Ieſum: Vnde es tu? Ieſus autẽ reſponſum nõ dedit ei.

Non ſatiati, ſed magis excitati ad effundẽdũ ſanguinẽ. Repetitio clamoris grauitatẽ indicat furoris. Indignanter loquitur, quaſi dicat: Vos inuidia moti crucifigi vultis hominem ſine cauſa, at nõ ego. Imponentes crimẽ blaſphemiæ, quos lex iubet occidere, Leuit. vigeſimoquarto, timuit Pilatus: non quia cõtra legẽ Chriſtũ peccaſſe curauerit, ſed ne fortè filius Dei eſſet. Et certè ex iam probatis indicijs homo ſagax quiſpiam eũ ſupra hominẽ eſſet ſuſpicatus. Interrogat autẽ, nõ vt ſciat qua ſit ciuitate oriundus, cum ſciret eſſe Galilæũ: ſed cuius eſſet originis, diuinæ, humanæ: ne ſi Dei filiũ (etiã cuiuſuis Dei, quod

error

error gẽtilis habet) occideret, diuinã inciderct irã. cui nihil reſpõdit Ieſus: tũ quia mortẽ ſuã noluit impedire, tũ quia Pilatus Idolatra veri Dei generationem non intellexiſſet.

Dicit ergo ei Pilatus: Mihi nõ loqueris? neſcis quia habeo poteſtatẽ crucifigere te, & poteſtatẽ habeo dimittere te? Reſpõdit Ieſus: Nõ &c.

Etſi alijs taces, mihi tamẽ iudici loqui deberes in tua cauſa. Intumeſcit Pilatus de poteſtate ſua, qua tamẽ ſeipſum ſceleris reũ fecit. Si enim poteſtatẽ habuit, cur nõ dimiſit quẽ toties innocẽtẽ proclamat? At Ieſus arrogãtiã elidit poteſtatis, dicens cũ nihil in ſe poteſtatis habere, niſi è cœlis ſibi fuiſſet permiſſum Ideo minus peccat, faciẽs quod ex officio facere cogebatur, quãuis iniuſtè, quã Iudęorũ populus, qui ſola inuidia occidẽdũ obtulit poteſtati.

Et exinde quærebat Pilatus dimittere eũ. Iudæi autem clamabant dicentes: Si hũc dimittis nõ es amicus Cæſaris: omnis enim qui ſe regem facit, contradicit Cæſari.

Hac de cauſa ſtatuit eum firmiter dimitte-

mittere, & de Iudæorum manibus eripere, ne in ipſum grauius peccaret, ſcienter occidendo innoxium. At Iudæi quem iniquis non poterant accuſationibus ſuperare, minis aggrediuntur, & vincunt: nam charior erat Pilato amicitia Cæſaris quàm æquitas, durior hominis ira, quàm iuſtitiæ violatio. Qui enim timet hominem, citò corruit. Pro. 29.

Pilatus autem cùm audiſſet hos ſermones, adduxit foras Ieſum, & ſedit pro tribunali, in loco qui dicitur Litoſtratos, Hebraicè autē Gabbata. Erat autem paraſceue paſchæ, hora quaſi ſexta.

Iam vides corruptam iudicis mentem, vt timore hominum iudicium peruertat æquitatis. Erat iſte locus ante prætoriū, ſchema lapidibus compoſitū, humo paulo ſublimius, in quo (vti multarum regionū mos eſt) tribunal locari cōſueuit, vt adſtātium turba & iudicem cernere, & ſententiam apertius audire poſſet. Videtur autem inter Ioannem & Marcum diuerſitas, quia Ioannes dicit Chriſtum penè circa ſextam horam ſtetiſſe ante tribunal: Marcus verò ait: Erat hora tertia. & crucifixerunt

runt eum.quod Auguſtinus myſticũ putat,nempe quòd hora tertia ſuis conatibus Iudæi ipſum crucifixerũt,at hora ſexta manibus eſt crucifixus militũ. Vel credi poteſt infra tempus medium Dominum crucifixum,& alterum primum,alterum verò ſecundum computare ex tremorum. Eſt enim damnationis & crucifixionis mora non admodum breuis,vt ſine crimine diuerſis horis ſcribatur.

Sedẽte autem illo pro tribunali, miſit ad eũ vxor ſua, dicens: Nihil tibi & iuſto illi, multa enim paſſa ſum hac nocte per viſum propter illum.

Sathanam hæc egiſſe nulli dubium eſt, qui vt Iudam docuit quomodo traderet, nunc probata Chriſti virtute,egit per fœminam vt non moreretur, cuius morte virtus ſua erat premenda.

Et dicit eis: Ecce rex veſter. Illi autem clamabant: Tolle,tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regẽ veſtrum crucifigam? Reſponderunt Pontifices: Non habemus regem niſi Cæſarem.

F Diuino

Diuino nutu factum eſt,vt Pilatus vbique regẽ Iudæorum appellaret Chriſtũ, vt & Ethnici hoſtis ſentẽtia in teſtimoniũ ſit perfidorum. Tolle,ac ſi dicãt illud Sap. 2: Grauis eſt nobis ad ridendum. Regem veſtrum,&c. Ac ſi dicat: Erit profectò vobis confuſio grauis, ſi regem veſtrum crucifixiſſe dicamini. At ipſi multò impudentiores,iudici ſuum regem negarunt, quẽ iudex toties regem proclamabat, vt impleretur quod dixerat Daniel 9: Et non erit eius populus, qui eum negaturus eſt. Quod & Petrus iam factum improperat illis, Actor.3: Quem vos quidem tradidiſtis, & negaſtis ante faciem Pilati,iudicante illo dimitti. Ideoque rege negato proprio,perpetuę ſeruitutis humanę ſubiecti ſunt iugo.

Videns autem Pilatus quòd nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret, accepta aqua lauit manus ſuas coram populo, dicens: Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius,vos videritis. Et reſpõdens vniuerſus populus, dixit: Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros.

Egre-

Egregiè quidem innocentem teſtatur, ſed in hoc non iuſtus, ſed impius magis probatur, qui metu victus mundano, iniquam tulit ſententiam. Sicut ſcribitur: Noli velle fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitatem. Eccl, 7. Nam qui iuſtificat impium, & qui condemnat iuſtũ, vterque abominabilis apud Deum. Prou. 14. Petunt inſanæ beluæ viri ſanguinem innocentis, ſuper ſe autem & filios ſuos ſanguinis vltionem, vt iam non ſatis ſit ab hac generatione omnem ſanguinem iuſtũ Prophetarum requiri, Matt. 23. quin & ipſius Domini ſuperbè ſanguinem petant. Precabantur nautæ, ne innocentis Ionæ illis imputaretur ſangnis, Ionæ primo: & non exhorrent ſuper ſe Iſraelitæ fundi ſãguinem, qui pluſquam Iona. Matthæi duodecimo, O patres omnium ferarum rabie crudeliores, in nondũ genitos filios mortis precamini pœnas.

Tũc Pilatus volẽs ſatisfacere populo, adiudicauit ſatisfieri petitioni eorũ. Dimiſit autẽ illis Barrabã, qui propter ſeditionẽ & homicidiũ miſſus fuit in carcerẽ, quẽ petebãt Ieſũ verò flagellatũ tradidit volũtati eorũ, vt crucifigeretur.

Vbi Deus? vbi homo? vbi iuſtitia? vbi veritas? vbi honeſtas? vbi timor? Omnia peruertuntur, dum palàm innoxius damnatur, & palàm ſaluatur iniquus. Sunt qui ex hoc loco Chriſtū bis aſſerunt flagellatum: ſemel, vt furor compeſceretur Iudaicus: iterum, vt lex Romana ſeruaretur. Verum hoc veritati conſonum non videtur, cùm nemo Euangeliſtarū id tradat, quoniam Matt. & Marcus videntur iam præmiſſam flagellationē ponere poſt damnationem.

Suſcipientes ergo Ieſum, poſtquam illuſerunt ei, exuerunt eum purpura, & induerunt eum veſtimētis ſuis, & educunt illum, vt crucifigerent eum.

Quia enim tradiderat eum Pilatus, nō modò vt crucifigerent, ſed omnium voluntati eorum pluſquam peſsimæ, ideo prius illuſerant, quàm occiderent. Et certè nulla iuſtitia permittit id fieri in reos, ſed ſatis eſt, ſi perpetiantur ſupplicia per leges ſibi deputata: huic verò omnis & iuſtitia & humanitas denegatur.

Poſſet hic imaginari mens pia, quanta fuerit hic impiorum lætitia, audientium

Chriſti

Chriſti damnationem tantis perquiſitam conatibus: quantus rurſum credentium mœror, vbi vitam omnium audiunt morti deputatam. Sed & otioſè prætereundũ non eſt, quòd exuerunt eum (vtique iam vulneribus contractam purpuram, & nõ niſi vi quadã extractam) vt Pſalmo quinquageſimo octauo: Super dolorem vulnerum meorum addiderunt, &c. Suis autẽ veſtibus indutum credimus, vt dignoſci poſſet per amictum, quem pœnarum grauitas vultu fecit ſibijpſi diſsimilem.

Et baiulans ſibi crucem, exiuit in eum, qui dicitur caluariæ locum, Hebraicè autem Golgatha.

Hoc eſt quod prædixit Iſai. 9. Imperiũ eius ſuper humerum eius. Decuit enim eum, cui pater dederat ſuper multos imperium, per crucem deſtruere eũ, qui mortis habebat imperium, id eſt, diabolum. Hebræ. 2. Neque enim aliunde Chriſtus ſuper nos imperium ſuſcepit, quam quòd ſuper lignum crucis noſtra peccata, à quibus in imperio tenebamur Sathanæ, ſuſtulit. 1. Pet. 2. Sed & contemplare iam factorem tuũ o Chriſtiane. Quem iam paulo antè cum Oſanna ſuſceperant ſui ciues,

 nunc

nunc ſpinis coronatum, cruce grauatũ ex pellunt: tunc ore vtcunque benedictum, nunc iam facto potenter inclamant maledictum. En præeuntem, vt oportet, & dignum eſt, perſequere, & in eum mentis intuitum curioſè & reuerenter inflectens, videbis quo prematur onere, quã aſpero pergat itinere: vt ipſe non vini aut ſiceris hauſtibus madens, verùm innumeris plagis, & doloribus, & ipſo nihilominus crucis trabe deſudans, nutante præ laſsitudine veſtigio, vix cœptam valeat, niſi Deo ſe mirabiliter confortante, conficere viam. Atque hinc pectoris noſtri magis ac magis euaneſcat ingenita dutitia. furentis nimium ac ſæuientis in ipſum populi ſuperoccurrat immanitas, quæ nec pudore infamiæ cedit, nec metu quieſcit cuiuſuis ſupplicij, nec ſocietate naturalis ſimilitudinis vel paululum miteſcit. Quæ enim gens vnquam tam barbarica & feralis, quæ paſsim etiam latronem compulit ſuum ferre patibulum, præter hunc noſtrum Iſaac? qui ſuis humeris detulit ligna imponente patre, quibus erat concremandus. Gene. 22. En progreditur? quò progreditur. In Caluariæ locum, in locum dedecoris extra ciuitatẽ, vbi malefactorum oſſa ſpargebantur, dictus à craneis

Et

Et cùm exeuntes ducerent eum, apprehenderũt prætereuntẽ quendam Simonem Cyrenenſem, venientem de villa, patrem Alexandri & Ruffi: hunc angariauerunt, vt tolleret crucẽ eius, & impoſuerunt illi portare crucem poſt Ieſum.

Adigunt hominem aduenam & villicanum, de Cyrene Libiæ oriundũ, vt Chriſti baiulet crucem. Neque enim Iudęo fas erat nefandi hominis cõtingere patibulũ. Cęterum cur hoc fecerint, videndũ: Non certè pietate motos fuiſſe conſtat, qui omnium ſtudio ludibria conquiſierint, ſed necęſsitate. Pondus ſiquidẽ crucis non fuiſſe minimũ ſuadet ratio, vt hominis perfecti egregię q; ſtaturæ corpus ſuſtinere poſsit, & vt docet hæc opinio 15. pedum in longum præter tranſuerſale lignum: ideo nõ ſemel ſub pondere oſcitaſſe ipſum eſt vero ſimillimum. Ne ergo deficeret antequã crucifixionis locum attingeret, hunc hominem adegerunt ferre crucem poſt ipſum: non quòd omnino ex

onerarint ipſum Chriſtum,ſed quia duo portant facilius, quod vni fuerat graue. Neutiquã certè perſuaſum habeo, Chriſtum hanc crucem,cui noſtra adiunxerat crimina,vel vnquam depoſuiſſe.

Sequebatur autem illum turba multa populi,& mulierũ,quæ plangebant & lamentabantur eum,

Plurimam turbam ad hoc veniſſe ſpectaculum dies feſtus iuxta credibile facit: neque tamen vno animo. Sequebãtur põtifices,phariſæi,ſcribæ,&c. vt exultantes viderent morientem,quem grauiter paſsi ſunt viuentem:ſequebantur alij,vt curioſi,& nouorum cupidi:alij,vt vel in cruce ſuſpenſo illuderent:alij,quod genus mulieres fuere,vt innocentis flerent aſpicerentq; mortem. Et quanquam haud dubiò etiam virorum plurimi doluerint:ob metum tamẽ pontificum id palam facere nõ audebant. Ideo ſolæ mulierculæ exprimũtur,quarum non tam fidei quàm fragilitati lachrymæ aſſcribi voluerunt. Zacha.1: Et aſpicient ad me quem confixerunt, & plangent eum planctu, quaſi ſuper vnigenitum,& dolebunt ſuper eum vt doleri ſolet ſuper morte vnigeniti.

Conuer-

Conuerſus autem Ieſus ad illas, dixit: Filiæ Hieruſalem, nolite flere ſuper me, ſed ſuper voſipſas flete, & ſuper filios veſtros.

Erat quippe tale ſpectaculum, quod etiam in beſtia lugeri poſſet. Cæterum Dominus Ieſus hunc ſibi planctum dedignatur fieri, perinde ac ſi diceret: Non eſt filię Hieruſalem, quòd in me defleatis: nã quod patior ego, non iuſtitia, ſed miſericordia eſt: non eſt tam vitæ exitus, quam mortis triũphus: flete vos potius, & veſtros filios, in quibus culpa eſt eius, quam in me cernitis, pœnam, & non culpa, ſed pœna, quæ meretur pœnam lachrymis dignam. Hinc Propheta: Et plangent ſe ſuper eum. Proinde quid illis è vicino futurum ſit pœnarũ, quas mutuò plãgere debebãt, adiũgit:

Quoniam ecce dies venient, in quibus dicent: Beatæ ſteriles, & vẽtres quæ non genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt: tunc incipiẽt dicere montibus, cadite ſuper nos: & collibus, cooperite nos. Quia ſi in ligno viridi hæc faciunt, in arido quid fiet?

Prædicit Hieruſalem magnum illud & lachrymis dignum excidium, quod & ipſe luxiſſe dicitur Luc. 19, eo quod nõ cognouerunt tempus viſitationis ſuæ. Sic quippe & vltionem ſanguinis Chriſti, quẽ ſuper ſe & filios ſuos petiuerunt, acceperunt, cùm à Romano exercitu, Tito & Veſpaſiano principibus, ciuitas hæc demolita eſt, vt ne lapis quidem ſuper lapidẽ remaneret. Luc. 19. Et vt Ioſeph. li. 7. de Iudaico bello, cap. 11. 12. 13. & cæt. nec quiſquam è multis hominum milibus effugere poſſet. Et tunc beatæ ſteriles ſunt reputatæ: habentes enim filios, tam in ſe, quàm in filijs cruciatæ ſunt. Quin vt olim Moſes prædixerat eis Deut. 26. & Hieremiæ & Thre. 2. factum fuiſſe perhibet fame cogente, vt matres proprios manducarent filios. Tunc quoque præ anguſtia & timore impletum eſt, quod prædixerat Oſee 1. Apocal. 6. vt maluiſſent à montibus opprimi, quam tantas ferre miſerias. Nam veluti ſerpentes, vt Ioſephus narrat, in cloacis & ſubterraneis ſpecubus ſe occluſerunt: quanquam nec ſic latitare poſſent, & mortem effugere. Et hæc quidem iuſtè eis euenire per metaphoram oſtendit, quia ſi Deus tale ſupplicium permiſit

miſit in Chriſto,qui lignum viride & fru-
ctibus plenum fuit,(nam iuſti viridi ligno
comparantur Hieremię decimoſeptimo)
& id quidem pro peccatis alienis: quã pu-
tas iram operabitur in his, qui quaſi aridi
trunci,per Chriſtum nedum non ſunt ef-
fecti fructiferi,ſed ipſum ſuũ auctorẽ tur-
piſsima morte damnarunt? His enim Sal-
uator non tantùm nihil contulit,ſed & dã-
nationis grauioris occaſio fuit.

Ducebantur antem & alij duo
nequam cum eo,vt interficerētur.
Cum reliquis enim malefactoribus mor-
te dignis eductus eſt,tanquã eſſet ſimilis.
Sed magis impium æſtimarunt,quia ipſe
ſolus,nõ alij,propriũ ſuſtulerũt patibulũ.

Et poſtquam venerunt in locũ
qui dicitur Golgatha, quod inter-
pretatur caluarię locus,dederũt ei
myrrhatũ vinũ bibere cũ melle mix
tũ; & cùm guſtaſſet, noluit bibere.

Bis Ieſum potatum Euangeliſtæ do-
cent, ſemel antequam affigeretur cruci:
deinde pendentem in cruce: & ſemper
quidem plus ad pœnã, quàm refectionẽ.
Creden-

Credendum eſt enim Iudæis morem fuiſſe,qui etiam hodie à multis cuſtoditur, vt ſcilicet occidēdis fortius aliquod potagium miniſtrarent,iuxta id Salomonis, Prouerb.trigeſimoprimo:Date ſiceram mœrentibus,& vinum his qui amaro ſunt corde,vt obliuiſcantur egeſtatis ſuæ.Verum hanc conſolationem atrociſsimæ beluæ Chriſto Domino etiam verterunt in ſupplicium.Nam aduerſum me, inquid Pſalmiſta, de pœna Domini loquens, omnes cogitationes eorum in malum:miſcentes myrrham, vt dicit Marcus: cum felle, vt vult Matthæus. Et guſtauit quidem, ſed noluit bibere, quia ad linguæ cruciatum guſtaſſe ſufficiebat. Pſal.68: Et dederunt in eſcam meam fel,& in ſiti mea potauerunt,&c.

Et ibi crucifixerunt eum,& cum eo alios duos latrones:vnum à dextris, & alium à ſiniſtris, medium autem Ieſum.Et impleta eſt ſcriptura,quæ dicit: Et cnm impijs reputatus eſt.

Breuiſsimo ſermone omnes Euangeliſtæ crucifixionem Domini deſcribunt, contenti rem geſtam recenſuiſſe: quod haud

haud dubio ideo ſpiritus ſanctus voluit, vt non tam chartis, quàm cordibus inſcriberetur. Quippe res ipſa proloquitur, amariſsimam pariter & turpiſsimam hanc crucis pœnam extitiſſe. Oportuit primò vt denudaretur veſtibus ſuis, quibus educendus pauloantè fuerat indutus. Nudus enim crucifixus eſt, Quanquam piũ opinor credere obſequio alicuius velatũ pudenda: tum quod natura etiã horreat hoc facinus: tum quod Chriſtus ipſe, in cuius erat voluntate quod pateretur, coram caſtiſsima matre alijsque ſanctis mulieribus non credendus eſt inuelatus voluiſſe apparere: tum demum, quod erat in cruce ſummus Pontifex & hoſtia. Sacerdotibus autem acceſſuris ad altare præceptũ fuit, vt induti eſſent feminalibus. Porro quam fuerit hęc ſpoliatio dura & pœnoſa, Chriſtiana mens accuratius perpendat. Erat enim per flagella toto vulneratus corpore. Eſtque credibile veſtem tã carni proximam, tam per crucis pondus, quàm per ſtrictiſsimos vinculorum nexus vehemẽter impreſſam. ſicque a rabidis atque innocentum ſanguinẽ ſitientibus canibus importunius abſtractam: quo conſentaneum, & vniuerſas denique plagas innouatas

uatas,nouumque precioſi ſanguinis ema naſſe riuulum. Atque ſic nudum,ſaucium, confuſione plenũ, aeris obiectum intemperie,gaudebant hoſtes,lamentabantur amici. Sed vtcunque mite cor Domini contriſtabat, illorum videlicet obſtinata malitia,iſtorum immoderata triſtitia.

Spoliatum autem ſuper præparatum patibulum neceſſe fuit deijcere, quod quàm inhumanè fecerint lictores, reliqua eorum ſæuitia probare poteſt. Modum autem affixionis etſi Euangelium taceat, prophetia tamen expreſsit: Foderunt manus meas, & pedes meos: dinumerauerunt omnia oſſa mea. Pſal. 21. Obtuſis quoque clauis neruoſa membra contriuerunt, quibus dubio procul ipſa caro pariter ligni foraminibus impreſſa eſt. Sed quia naturaliter tumore sad vulneratum membrum contrahuntur, factum eſt,vt ipſa membra ſingulis non reſponderent foraminibus. Ideo oportuit ſic corpus illud ſacratiſsimum extendi, vt etiam ſingulæ membrorum compages dinumerari potuiſſent. Habet autem communis vſus Eccleſiæ ambos pedes vno confixos clauo. Hinc dicit: Si affigit homo Deum ſuum, & vos configitis me.

Mala.

Mala.3. Recogitet mens pia, quam fuerit amara iſta confixio, tam in filij corpore, quàm in matris corde. Senſit enim ictus malleatorum, vti prædixerat Simeon, veluti doloris gladium virgineum penetrare pectus. Luc. 2. Ipſe verò Dei filius quamuis tanta pertulerit, non tamen eſt audita vox reclamantis & gementis, ſed ſicut agnus corã tõdẽte ſe obmutuit. Eſa. 53. Deinde contemplandũ, quo patientis dolore, quo gaudio inimicorum, quo dolore charorum crux illa ſalutis onerata pignore, fuerit erecta. Eleuatur in ſignum cui contradicendum eſt Luc. 2. & Eſaiæ. 55: Leuabit dominus ſignum in nationibus. Aſpiciunt omnes, ſed votis inæqualibus: rident iſti, gemunt illi: corpus verò ſacroſanctum concutitur, omnis dolor renouatur, iteratò fluit ſanguis, ſicut canit eccleſia: Clauis mite corpus perforatur, ſanguinis vnda profluit, terra, pontus, aſtra, &c. Eia. nunc ſponſa Chriſti, fidelis anima, tanto quæſita & inuenta dolore & labore, pretioſo Domini tui ſanguine redempta, mundata & ornata, ne tibi moleſtum ſit ſaltem mente hodie cruci aſtare, & ad amoroſos illius ſponſi tui amplexus dulciter aſpirare.

En

En,iam iam iuxta ſuum eloquium exaltatus eſt a terra,vt omnia trahat ad ſeipſum. Ioan.12. Tu modo caue ſponte ab eo elabaris. Non ſit qui non amplectatur totis præcordijs crucem. Si veram quæris ſapientiam,quid verbo crucis ſapientius? 1: Cor.2. En expanſus eſt labor vitæ,aperta ſunt ſacra ſignacula: intuere & aſpice,habet enim in ſe omnes theſauros ſapientię & ſcientiæ. Col.2. Si quæris diuitias, en ſacrum pignus,quo à morte redẽptus es: non auro,non argento, ſed precioſo ſanguine agni immaculati. Cor.6.1. Pet.2. Accede,poſtula,diues enim eſt in omnes qui inuocant enm.Rom.16. Si mundi te premunt incommoda,fuge ad crucẽ, tolle iugum ſuauiſsimum ſuper te,& inuenies requiem animæ tuæ.Matt.11.Si eſuris,ecce panis vitæ.Ioan,16.Sitis? Ecce fõs aquæ viuæ ſalientis in vitam æternã.I oã. 7.Si ſuaues ſuſpiras amplexus,ecce ſponſi thalamus: ecce vbi cubat in meridie. Quidquid tandem deſideras, fidenter ad crucem fugito.Si iuſtus es,ecce habes vnde iuſtificatus es:ſi peccator es,ecce ſerpens in ligno: intuere, & ſanaberis. Ioan. 36.Aſcendit in altum,vt ab omnibus videretur:alta voce clamabat,vt ab omnibus

audire,

audiretur: clamori fletus admiſcuit, vt homo compateretur. Qui ad hanc vocem nō concutitur, terra grauior eſt, petra durior, ſepulchro fœtidior.

Scripſit autem & titulum Pilatus, cauſam ipſius, & poſuit ſupra crucem, ſuper caput eius. Erat autē ſcriptum, Ieſus Nazarenus rex Iudæorum.

Morem fuiſſe Iudæis etiam ſcriptis occidendorum cauſas prodere conijcimus, quod hodie fit à præcone, ſiue lictore, vt iuxta mentem Hieron. Iudæi hunc titulū procurarint, vt cunctis innoteſceret hominem eſſe ſeditioſum, & aduerſus Imperatorem rebellem, qui ſe regem auſus fuerit nominare. Cæterùm diuinò nutu Pilatus ita verbum tituli compoſuit, vt non in Chriſtum, ſed Iudæos pudor redundaret. Affectiuè enim regem profitetur, modò turpe eſt illis ſuū occidiſſe Dominum.

Hunc ergo titulum multi legerunt Iudæorum, quia prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus eſt Ieſus. Erat autem ſcriptum Hebraicè, Græcè, & Latinè.

Hoc factum eſt, vt totus mundus ſciret cauſam mortis tam nefandæ.

Dicebãt ergo Pilato pontifices Iudæorũ: Noli ſcribere, rex Iudæorum, ſed quia ipſe dixit, rex ſum Iudæorum.

Ac ſi dicerent: Titulus hic non reum, ſed nos inhonorat. Nam ſic ſcripſiſti, vt ad uenæ credere poſſent eum verè noſtrum fuiſſe regem. Si autem ſcripſiſſes: Ipſe dixit, iam nemo non hominis damnaſſet temeritatem.

Reſpondit Pilatus: Quod ſcripſi, ſcripſi.

Sic Deus hac in re fixerat impij iudicis animum, vt mutare non poſſet: quamuis nec ipſe quod ſcripſerat verè ſciebat. Sed ſpiritus ſanctus noluit vt diſperderetur Dauid ille noſter in Tituli inſcriptione, Pſal. 56. 57. 58. hoc eſt, ne regius honor adimeretur Chriſto, per titulum qui vbique cruci per orbem aſſcribendus erat: vt quiduis in eum mentiatur Iudaicus liuor, nobis titulus ille ſufficiat. Erat Ieſus, id eſt, ſanator, Lucæ primo, Matthæi primo. Erat Nazarenus, Matthæi ſecundo, Erat rex, Hieremiæ 23: Regnabit rex & ſapi-

ſapiens erit: Iudęorum, id eſt, confitentiam Deo.

Milites ergo cùm crucifixiſſent eum, acceperũt veſtimenta eius, & fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem, & tunicam. Erat autẽ tunica inconſutilis, deſuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicem: Non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de ea cuius ſit: vt ſcriptura impleretur, dicens: Partiti ſunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtẽ meam miſerunt ſortem.

*Liquet ex hoc loco, non honoratiores fuiſſe homines, ſed paraſitos, & nebulones, qui damnatorum veſtimenta rapuerunt. Habuit autem Ieſus veſtimenta iuxta morem Iudaicum. Et hæc ſciſſa ſunt, ſicut & pontifex veſtem ſuam ſcidit. Nam ſynagoga mox ſcindenda erat. Veſtis autem Chriſti peculiaris diuidi & frangi nõ potuit, quia non conſuta, ſed metrico opere ad oram vſque contexta fuit, ſignificãs Eccleſiam indiuiſibilem. Nam ab ea quicquid diuiditur, inutile eſt. Sed nec hoc fortuitò factum eſt, ſed olim per ſpiritus in-*

ſtinctum ita à Dauid prophetatum, quaſi iam factum fuiſſet. Sic ſic oportuit pauperem finire vitam. Præter enim veſtimenta nihil terreni poſſedit: & ecce iá in ius tranſeunt inpiorum.

Et milites quidem hæc fecerunt. Et ſedentes obſeruabant eum, prætereuntes autem blaſphemabāt eũ, mouentes capita ſua, dicentes: Vah qui deſtruis templũ Dei, & in triduo illud reædificas: Salua teipſũ. Si filius Dei es, deſcēde de cruce.

Aduerterunt quidnam diceret, aut quo fine ſpiritum redderet. Aduertite nunc, ô pij Chriſtiani, inauditam beluarum ſæuitiam, omnis miſericordiæ, totius penè naturæ oblitá. Super mirũ videtur, quomodo non concuſſa ſunt lapidea pectora ſuper homine tam afflicto, patienterque omnia ſuſtinente. Non ſuffecit cepiſſe, ligaſſe, traxiſſe, conſpuiſſe, cæcidiſſe, flagellaſſe, crucifixiſſe, niſi etiam ſceleratarum linguarum iacula mitterēt, quem iam manibus contingere non potuerũt. Cui vnquam latronum, ſicariorum, vel cuiuſque impietatis hominum id factum eſt? qui, vbi iuſtitia irrogat ſupplicium, ab ipſis tantùm

tum lictoribus vtcunque verbis deliniri ſolent. Huic ſoli omnis denegatur conſolatio, miſeratio nulla impenditur. Sed vide quid exprobrent. Mouebant, inquit, capita ſua. Motus capitis irriſionem ſignificat 4. Reg. 19. Poſt tergum tuum caput mouit Sennacherib ô filia Hieruſalē. Idē Iſaiæ 37. Id autem Chriſto domino futurum, prædictum eſt Pſal. 21: Omnes vidētes me deriſerunt me: locuti ſunt labijs, & mouerunt caput. Et Pſal. 108: Et ego factus ſum opprobrium illis: viderūt me, & mouerunt capita ſua. Vah, &c. quaſi dicant: Proh pudor, tùne ipſe es, qui templū Dei te poſſe deſtruere, & in triduo reædificare iactitaſti? Si id poteſt, cur teipſum non ſaluas? Si Dei filius es, cur crucē pateris? Ecce iam manifeſtum eſt, quòd fuerit mentitus. Et hæc prætereuntes, hoc eſt, ex vulgo vndequaque accurrētes, dixerūt. Sed grauius deliquerūt maiores. ſequitur enim:

Similiter & principes ſacerdotū deridebant eum: illudentes ad alterutrum, cum ſcribis & ſenioribus dicebant: Alios ſaluos fecit, ſeipſū non poteſt ſaluū facere: Si rex Iſra-

ꝑl eſt,deſcendat nunc de cruce, & credemus ei: Confidit in Deo,liberet eum nũc ſi vult: dixit enim: Filius Dei ſum.

Vides quàm omni humanitate hos priuarit Sathanas.Etſi parcere nõ voluiſſent innoxio,ſaltem ſuo parcere debuiſſent honori.Quid turpius Pontificibus,quid ſtultius in ſenibus & ſcribis, quàm homini damnato,atque in patibulo ſuſpenſo illudere? Sed non ſunt longęui ſapientes,Iob 32. Excæcat eos malitia ſua,Sap,2.Et frõs meretricis ſuæ facta eſt eis,neſcierunt erubeſcere.Hieremiæ 3,Mentiuntur autẽ dicentes ſe velle credere,ſi de cruce deſcẽderet,quoniam antea maiora fecerit,quæ in principe dæmoniorum Beelzebub fieri dicebãt.Matt.11. Imò nec poſt mortem reſurgenti crediderũt,cùm vtique ſit maius à mortuis reſurgere,quàm viuum de cruce deſcendere. Sed & horum illuſio prædicta fuit Sap.2: Gloriatur patrem ſe habere Deum: Videamus ergo, ſi ſermones illius veri ſint,& tentemus quæ ventura ſint illi: & ſciemus,quæ erunt nouiſſima illius. Si enim verus eſt filius Dei, ſuſcipiet illum,& liberabit eum de manibus

bus contrariorum.

Illudebant autem ei & milites, dicentes: Si tu es rex Iudæorũ, ſaluum te fac. Idipſum autẽ & latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. Et ſtabat populus expectans.

Mirum non eſt, ſi miniſtri faciunt quod principes & ſapientes facere viderunt.

Poſſumus cum Matthæo dicere, primũ vtrunque latronum improperaſſe, ſed poſtea vnum ſenſiſſe melius, vt Lucas habet: vel certè indefinitam locutionem ad alterum tantùm referri. Pſal. 30: Factus ſum tanquam vas perditum, quoniam audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu.

Ieſus autem dicebat: Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt.

Hic iam diuini pectoris manſuetudinẽ agnoſce. Et cùm malediceretur, non maledicebat: cùm pateretur, non comminabatur. 1. Pet. 2. Hi clamant: Vah, criminãtur, blaſphemant: iſte ait contrà, Pater dimitte. O fons dulcoris & amoris, quanta

 nobis

nobis patiẽtiæ ſanctæ reliquiſti exempla? Nos terra & cinis in his quæ iuſtê patimur, vltionem petimus: tu occidentibus te vitam, perſequentibus pacem, maledictionem imprecantibus benedictionem petis. Sic enim prophetatum eſt: Et pro trãſgreſſoribus orauit. Iſai. 53. Verus magiſter quod docuit: Orate pro perſequẽtibus vos, &c. Matt. 5. fecit. Et haud dubiò, quia exauditus eſt pro ſua reuerẽtia. Heb. 5. Ait enim: Ego ſciebam, quia tu me ſemper audis, Ioan. 11. quia pro his tantùm orauit, qui per verbum Apoſtolorum credituri erant. Hinc alibi Ioan. 17. Non pro mundo rogo, ſed pro his quos dediſti mihi, quia tui ſunt. Et infrà: Non pro eis tantùm rogo, ſed & pro his qui credituri ſũt per ipſos in me, de quibus Actu. 2. vno die 2. milia. altero 3. crediddiſſe leguntur, prædicante Petro. Neſcierunt autem quid facerent, quoniam ſi cognouiſſent, ait Paulus 1. Corint. 2. nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent. Et Petrus, Scio, inquit, fratres, quia per ignoran tiam feciſtis, ſicut & principes veſtri. Actũ. 3. Sicut & Paulus ignorans perſequebatur Eccleſiam Dei in incredulitate. 1. Tim. 1.

Vnus autem de his qui pende-

bant

bant latronibus, blaſphemabat eũ, dicẽs: Si tu es Chriſtus, ſaluum fac temetipſum, & nos. Reſpondens autem alter, increpabat eum, dicẽs: Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es? Et nos quidẽ iuſtè, nam digna factis recipimus: hic verò nihil mali geſsit. Et dicebat ad Ieſum: Domine, memento mei dum veneris in regnum tuum.

Non petijt iſte ſalutem animæ, ideo auditus non eſt: nec fide petijt, ſed irriſionis perfidia.

Cæterùm in altero videmus quàm ſit efficax doctor ſpiritus Chriſti, qui hominem iniquum, qui nihil egerat boni, ſed multum mali, qui Chriſtum nunquam facientem viderat miracula, nec fortè euãgelizantem audierat, mox efficit fide plenum, ſpe immobilem, charitate mirabilẽ. Blaſphemum redarguit collegam, Dei timorem ſuadet, humilem facit ſui facinoris confeſsionem, patiens ſuſcipit iuſtitiæ mulctam, innocentem fatetur Chriſtum, propria deſpicit tormenta, omnibus blaſphemantibus ſolus ipſe prædicat laudem.

Et quod propius accedit ad miraculum, non reſpexit necis opprobriũ, nõ mortis ſupplicium, non eius, cui credebat, vilitatem: ſed vocat dominum ab omnibus deſpectum, petit miſericordiã & vitam à moriente, fatetur regnaturum iam penè extinctum. Non mouetur ex nugis dicentium; Non poteſt ſeipſum ſaluum facere: ſed omnium planè ſaluatorẽ conſtantiſsimè credit, Dedit nobis hic latro venerabilis exemplum, tum non deferendi pœnitentiam, tum non deſperandi veniam,

Et dixit illi Ieſus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo.

Recipit lubens conuerſum, quoniam iſte, primitiæ crucis, non differt indulgẽtiam, non exigit vllam ſatisfactionem, ſed hac eadem die iuramento ſpondet paradiſi gloriam. Intelligimus autem per paradiſum ipſam diuinitatis contemplationem ſpecialem.

Stabãt autem iuxta crucem Ieſu mater eius, & ſoror matris eius, Maria Cleophe, & Maria Magdalenæ. Cùm vidiſſet ergo Ieſus matrem, & diſcipulum ſtantẽ, dicit matri ſuæ:

Mu-

Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit diſcipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eã diſcipulus ĩ ſuã.

Oportuit enim impleri venerandi Simeonis vaticinium, quo caſtiſsimæ prędixerat matris cor doloris gladium pertrãſiturum. Luc. 2. Et quanquam dubiũ non ſit ipſam omnibus filij affuiſſe ſupplicijs, atque de loco ad locum perductum, perſequutum: Euangeliſtæ tamẽ id nõ exprimũt: quo hactenus nihil ei loquutum dignè conijciatur: quippe Euangeliſtarũ inſtitutum eſt, tantùm narrare quæ dixit vel fecit. Chriſtus verò quæ ei vel dicta vel facta ſunt, vt hic contigit. Habent autẽ hęc verba admirandam quendam concutiendorum animorum virtutem, ſi appendantur propenſius. Quem enim vel ſilice duriorem is mutuus proſpectus affatusque filij & matris non prouocaret ad lachrymas? Stabat, inquit. Et mirum certè quomodo virgo & mater tantis fatigata doloribus, atque internis pœnarum aculeis oppreſſa adhuc ſtare potuit. Quæ enim mater vel ſaxei pectoris ſuo in filio, quantumuis iuſtè, tanta poſsit intueri ſupplicia & ſtare? Haud dubiè hunc eundem ſuum natum nedum ſciuit

nit innoxium, ſed per eius quam cernebat paſsionem totum mundum à noxa redimendum. Sciebat mater illuminata ſic fieri debere, quod tantis fuerat figuris prælibatum, prophetijs prædicatũ, ideo ſtabat vera dilectione, quá ad humanũ genus habuit, qua & ipſam filij ſui mortem viuaciſsimis deſiderauit affectibus. Vbi ſtetit? Iuxta crucem. Rem mirãdam. quid virgo crucem adire, cur caſta nuda contemplatur virorum corpora? Nimirũ amor pudorem vicit. Non erubuit virgo locum aggredi malefactorum, quia deſerere nuſquam potuit, quem vehementer adamabat. Ideo iuxta crucem Ieſu ſtetit, crucem inquam filij, crucem ſponſi, crucẽ Domini, crucem patris ſui, quomodo non ſequeretur ad crucem, quem olim tantis mœroribus quæſierat adoleſcẽtem? Iuxta crucẽ Ieſu ſtetit. Iſtic enim omnis eius pendebat amor, omne gaudium, omne ſolatium, vnicus theſaurus & fiducia. Nihil iã habebat filius in hocſeculo rerum, præter vnam crucem, qua pendebat. Ideo mater veluti ſolam hæreditatem ſibi delegatam proſpexit. Vides ò Chriſtiane, quid tuus tibi hereditario iure reliquerit Chriſtus in mundo. Non aurum, non argentũ,

&c.

&c. ſed crucem, hanc amplectere, hãc vel vnicam poſsidere ſtude: in hac omnes tibi ſint diuitiæ, hanc donec & ipſe moriaris cum Chriſto abijcere noli: quoniam viam ſi deſerueris per quam tibi eundum ſit, ad primum reſtat, quòd cum alia nõ ſit præter vnicam crucem Dominicam, vt & ipſam quoque viuentium terram deſpicias. Sed tu ô Hieruſalem, Hieruſalem, vide quanta is tibi bona è cælis attulerit. Tu autem poſt innumera ſupplicia ſolam rependis crucem. Cum ergo vidiſſet, &c. Verè miranda viſio, verè gemebundum oculorum certamen. Mors iam oculos claudebat, amor aperiebat: iam anima feſtinabat exire de corpore, ſed non ſinebat amor verus pallentes atq; morientes oculos auertere à matre, haud dubium, quin & ipſa rurſus ſit filium intuita pẽdentem. Quis autem effabitur quo pectoris mœrore, quo lachrymarũ profluuio hanc diuinam intuita ſit faciem? non iam vt antè ſpecie decoram, & aſpectu deſiderabilem, ſed ſputis ſqualidã, cruore ſuffuſam, cui iuxta prophetiam Eſa. 53. inſtar leproſi, neque ſpecies neq; decor erat. Corpus item ex ſuo formatum vtero totum dilaniatũ & ſaucium. Dicit matri ſuę, Mulier &c. Nõ

matrem

viſa eſt, vt teſtatur Horoſius. Item in Bithinia, vt tradit Euſebius de vita Dionyſij. Facta eſt autem in teſtimonium mortis innocentis. Decuit quippe vt ſol iſte corporeus ſignum mœroris oſtenderet, vbi ſol iuſtitiæ ſceleratorum manibus obſcuratus eſt. Deinde in ſignum, quòd Iudæis in meridie, ipſo ſcilicet in tempore gratię, ſol veritatis occubuerit. Hinc dicitur Hie. 15. Occubuit ſol cùm adhuc media dies eſſet Item Amos 8. Occubuit ſol in meridie, & tenebreſcere faciam terram in die luminis.

Et circa horam nonam exclamabat Ieſus voce magna, dicens: Eli, Eeli, lammazabathani, quod eſt interpretatum: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?

Vox magna magnitudinem deſignat doloris, quem vt Chriſtus oſtenderet, voce magnifica clamabat, quippe quod olim in Pſalm. clamauerat: Deus, deus, &c. Et nominanter dicit, Vt quid: perinde ac ſi diceret: Nihil ita dereliquiſti vt me, in Pſalm. 21: in te ſperauerunt patres noſtri præparauerunt, & ſalui facti ſunt: in te ſpe-

ſperauerunt,& non ſunt confuſi:Ego autem ſum vermis,& non homo:opprobriū hominum, & abiectio plebis,&c. Alijs enim conſolationes vel mentis vel corporis adhibuit ſanctis in tribulationibus conſtitutis: In proprium autem filium ita deſæuijt propter peccata noſtra, vt eſſet quaſi mortuus à corde, Pſal.30. Nam in corpore nec vnum quidem membrum, nec vno ſaltem momento requiē habuit. Sed neque fuit, qui vel animam triſtem conſolaretur.hinc dicit:Suſtinui, qui ſimul contriſtaretur, & non fuit, qui conſolaretur, & non inueni.Pſal.68. Et in Iſa.63:Circūſpexi, & nō erat auxiliatio:quæſiui, & nō fuit qui adiuuaret. Et iterū Pſal.68:Clamans raucæ factæ ſunt fauces meæ, dum ſpero in Deum viuum. Non enim ſic accipiendum eſt, quòd diuinitas dereliquerit humanitatem, ſed quod eam expoſuerit ad tempus doloribus.

Quidam autem illic ſtantes & audientes, dicebant:Heliā vocat iſte.

Hos vel per ignorantiam linguæ neſciſſe quid diceret,vel per malitiam inuertiſſe conſtat.

Poſteâ ſciens Ieſus quia omnia cō

ſtinctum ita à Dauid prophetatum, quaſi iam factum fuiſſet. Sic ſic oportuit pauperem finire vitam. Præter enim veſtimenta nihil terreni poſſedit: & ecce iá in ius tranſeunt inpiorum.

Et milites quidem hæc fecerunt. Et ſedentes obſeruabant eum, prætereuntes autem blaſphemabãt eũ, mouentes capita ſua, dicentes: Vah qui deſtruis templũ Dei, & in triduo illud reædificas: Salua teipſũ. Si filius Dei es, deſcẽde de cruce.

Aduerterunt quidnam diceret, aut quo fine ſpiritum redderet. Aduertite nunc, ô pij Chriſtiani, inauditam beluarum ſæuitiam, omnis miſericordiæ, totius penè naturæ oblitá. Super mirũ videtur, quomodo non concuſſa ſunt lapidea pectora ſuper homine tam afflicto, patienterque omnia ſuſtinente. Non ſuffecit cepiſſe, ligaſſe, traxiſſe, conſpuiſſe, cæcidiſſe, flagellaſſe, crucifixiſſe, niſi etiam ſceleratarum linguarum iacula mitterẽt, quem iam manibus contingere non potuerũt. Cui vnquam latronum, ſicariorum, vel cuiuſque impietatis hominum id factum eſt? qui, vbi iuſtitia irrogat ſupplicium, ab ipſis tantùm

tum lictoribus vtcunque verbis deliniri ſolent. Huic ſoli omnis denegatur conſolatio, miſeratio nulla impenditur. Sed vide quid exprobrent. Mouebant, inquit, capita ſua. Motus capitis irriſionem ſignificat 4. Reg. 19. Poſt tergum tuum caput mouit Sennacherib ô filia Hieruſalē. Idē Iſaiæ 37. Id autem Chriſto domino futurum, prædictum eſt Pſal. 21: Omnes vidētes me deriſerunt me: locuti ſunt labijs, & mouerunt caput. Et Pſal. 108: Et ego factus ſum opprobrium illis: viderūt me, & mouerunt capita ſua. Vah, &c. quaſi dicant: Proh pudor, tùne ipſe es, qui templū Dei te poſſe deſtruere, & in triduo reædificare iactitaſti? Si id poteſt, cur teipſum non ſaluas? Si Dei filius es, cur crucē pateris? Ecce iam manifeſtum eſt, quòd fuerit mentitus. Et hæc prætereuntes, hoc eſt, ex vulgo vndequaque accurrētes, dixerūt. Sed grauius deliquerūt maiores. ſequitur enim:

Similiter & principes ſacerdotū deridebant eum: illudentes ad alterutrum, cum ſcribis & ſenioribus dicebant: Alios ſaluos fecit, ſeipſū non poteſt ſaluū facere: Si rex Iſra-

ēl eſt,deſcendat nunc de cruce, & credemus ei: Confidit in Deo,liberet eum nūc ſi vult:dixit enim: Filius Dei ſum.

Vides quàm omni humanitate hos priuarit Sathanas.Etſi parcere nō voluiſſent innoxio,ſaltem ſuo parcere debuiſſent honori.Quid turpius Pontificibus,quid ſtultius in ſenibus & ſcribis, quàm homini damnato,atque in patibulo ſuſpenſo illudere? Sed non ſunt longęui ſapientes,Iob 32. Excæca eos malitia ſua,Sap,2.Et frōs meretricis ſuæ facta eſt eis,neſcierunt erubeſcere.Hieremiæ 3,Mentiuntur autē dicentes ſe velle credere,ſi de cruce deſcēderet,quoniam antea maiora fecerit,quæ in principe dæmoniorum Beelzebub fieri dicebāt.Matt.11. Imò nec poſt mortem reſurgenti crediderūt,cùm vtique ſit maius à mortuis reſurgere,quàm viuum de cruce deſcendere. Sed & horum illuſio prædicta fuit Sap.2:Gloriatur patrem ſe habere Deum: Videamus ergo, ſi ſermones illius veri ſint,& tentemus quæ ventura ſint illi: & ſciemus,quæ erunt nouiſſima illius. Si enim verus eſt filius Dei, ſuſcipiet illum,& liberabit eum de mani-

bus

bus contrariorum.

Illudebant autem ei & milites, dicentes: Si tu es rex Iudæorũ, ſaluum te fac. Idipſum autẽ & latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. Et ſtabat populus expectans.

Mirum non eſt, ſi miniſtri faciunt quod principes & ſapientes facere viderunt.

Poſſumus cum Matthæo dicere, primũ vtrunque latronum improperaſſe, ſed poſtea vnum ſenſiſſe melius, vt Lucas habet: vel certè indefinitam locutionem ad alterum tantùm referri. Pſal. 30: Factus ſum tanquam vas perditum, quoniam audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu.

Ieſus autem dicebat: Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt.

Hic iam diuini pectoris manſuetudinẽ agnoſce. Et cùm malediceretur, non maledicebat: cùm pateretur, non comminabatur. 1. Pet. 2. Hi clamant: Vah, criminãtur, blaſphemant: iſte ait contrà, Pater dimitte. O fons dulcoris & amoris, quanta

nobis patiētiæ ſanctæ reliquiſti exempla: Nos terra & cinis in his quæ iuſtè patimur, vltionem petimus: tu occidentibus te vitam, perſequentibus pacem, maledictionem imprecantibus benedictionem petis. Sic enim prophetatum eſt: Et pro trāſgreſſoribus orauit. Iſai. 53. Verus magiſter quod docuit: Orate pro perſequētibus vos, &c. Matt. 5. fecit. Et haud dubiò, quia exauditus eſt pro ſua reuerētia. Heb. 5. Ait enim: Ego ſciebam, quia tu me ſemper audis, Ioan. 11. quia pro his tantùm orauit, qui per verbum Apoſtolorum credituri erant. Hinc alibi Ioan. 17. Non pro mundo rogo, ſed pro his quos dediſti mihi, quia tui ſunt. Et infrà: Non pro eis tantùm rogo, ſed & pro his qui credituri ſūt per ipſos in me, de quibus Actu. 2. vno die 2. milia. altero 3. crediddiſſe leguntur, prædicante Petro. Neſcierunt autem quid facerent, quoniam ſi cognouiſſent, ait Paulus 1. Corint. 2. nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent. Et Petrus, Scio, inquit, fratres, quia per ignoran tiam feciſtis, ſicut & principes veſtri. Actū. 3. Sicut & Paulus ignorans perſequebatur Eccleſiam Dei in incredulitate. 1. Tim. 1.

Vnus autem de his qui pende-

bant

bant latronibus, blaſphemabat eũ, dicẽs: Si tu es Chriſtus, ſaluum fac temetipſum, & nos. Reſpondens autem alter, increpabat eum, dicẽs: Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es? Et nos quidẽ iuſtè, nam digna factis recipimus: hic verò nihil mali geſsit. Et dicebat ad Ieſum: Domine, memento mei dum veneris in regnum tuum.

Non petijt iſte ſalutem animæ, ideo auditus non eſt: nec fide petijt, ſed irriſionis perfidia.

Cæterùm in altero videmus quàm ſit efficax doctor ſpiritus Chriſti, qui hominem iniquum, qui nihil egerat boni, ſed multum mali, qui Chriſtum nunquam facientem viderat miracula, nec fortè euãgelizantem audierat, mox efficit fide plenum, ſpe immobilem, charitate mirabilẽ. Blaſphemum redarguit collegam, Dei timorem ſuadet, humilem facit ſui facinoris confeſsionem, patiens ſuſcipit iuſtitiæ mulctam, innocentem fatetur Chriſtum, propria deſpicit tormenta, omnibus blaſphemantibus ſolus ipſe prædicat laudem.

Et quod propius accedit ad miraculum, non reſpexit necis opprobriũ, nõ mortis ſupplicium, non eius, cui credebat, vilitatem: ſed vocat dominum ab omnibus deſpectum, petit miſericordiã & vitam à moriente, fatetur regnaturum iam penè extinctum. Non mouetur ex nugis dicentium: Non poteſt ſeipſum ſaluum facere: ſed omnium planè ſaluatorẽ conſtantiſsimè credit. Dedit nobis hic latro venerabilis exemplum, tum non deſerendi pœnitentiam, tum non deſperandi veniam.

Et dixit illi Ieſus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo.

Recipit lubens conuerſum, quoniam iſte, primitiæ crucis, non differt indulgẽtiam, non exigit vllam ſatisfactionem, ſed hac eadem die iuramento ſpondet paradiſi gloriam. Intelligimus autem per paradiſum ipſam diuinitatis contemplationem ſpecialem.

Stabãt autem iuxta crucem Ieſu mater eius, & ſoror matris eius, Maria Cleophe, & Maria Magdalenæ. Cùm vidiſſet ergo Ieſus matrem, & diſcipulum ſtantẽ, dicit matri ſuæ:

Mu-

Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit diſcipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eã diſcipulus ĩ ſuã.

Oportuit enim impleri venerandi Simeonis vaticinium, quo caſtiſsimæ prędixerat matris cor doloris gladium pertrãſiturum. Luc. 2. Et quanquam dubiũ non ſit ipſam omnibus filij affuiſſe ſupplicijs, atque de loco ad locum perductum, perſequutum: Euangeliſtæ tamẽ id nõ exprimũt: quo hactenus nihil ei loquutum dignè conijciatur: quippe Euangeliſtarũ inſtitutum eſt, tantùm narrare quæ dixit vel fecit. Chriſtus verò quæ ei vel dicta vel facta ſunt, vt hic contigit. Habent autẽ hęc verba admirandam quendam concutiendorum animorum virtutem, ſi appendantur propenſius. Quem enim vel ſilice duriorem is mutuus proſpectus affatusq́ue filij & matris non prouocaret ad lachrymas? Stabat, inquit. Et mirum certè quomodo virgo & mater tantis fatigata doloribus, atque internis pœnarum aculeis oppreſſa adhuc ſtare potuit. Quæ enim mater vel ſaxei pectoris ſuo in filio, quantumuis iuſtè, tanta poſsit intueri ſupplicia & ſtare? Haud dubiè hunc eundem ſuum natum nedum ſciuit

nit innoxium, ſed per eius quam cernebat paſsionem totum mundum à noxa redimendum. Sciebat mater illuminata ſic fieri debere, quod tantis fuerat figuris prælibatum, prophetijs prædicatũ, ideo ſtabat vera dilectione, quá ad humanũ genus habuit, qua & ipſam filij ſui mortem viuaciſsimis deſiderauit affectibus. Vbi ſtetit? Iuxta crucem. Rem mirãdam. quid virgo crucem adire, cur caſta nuda contemplatur virorum corpora? Nimirũ amor pudorem vicit. Non erubuit virgo locum aggredi malefactorum, quia deſerere nuſquam potuit, quem vehementer adamabat. Ideo iuxta crucem Ieſu ſtetit, crucem inquam filij, crucem ſponſi, crucẽ Domini, crucem patris ſui, quomodo non ſequeretur ad crucem, quem olim tantis mœroribus quæſierat adoleſcẽtem? Iuxta crucẽ Ieſu ſtetit. Iſtic enim omnis eius pendebat amor, omne gaudium, omne ſolatium, vnicus theſaurus & fiducia. Nihil iá habebat filius in hocſeculo rerum, præter vnam crucem, qua pendebat. Ideo mater veluti ſolam hæreditatem ſibi delegatam proſpexit. Vides ò Chriſtiane, quid tuus tibi hereditario iure reliquerit Chriſtus in mundo. Non aurum, non argentũ,

&c.

&c. ſed crucem, hanc amplectere, hác vel vnicam poſsidere ſtude: in hac omnes tibi ſint diuitiæ, hanc donec & ipſe moriaris cum Chriſto abijcere noli: quoniam viam ſi deſerueris per quam tibi eundum ſit, ad primum reſtat, quòd cum alia nō ſit præter vnicam crucem Dominicam, vt & ipſam quoque viuentium terram deſpicias. Sed tu ô Hieruſalem, Hieruſalem, vide quanta is tibi bona è cælis attulerit. Tu autem poſt innumera ſupplicia ſolam rependis crucem. Cum ergo vidiſſet, &c. Verè miranda viſio, verê gemebundum oculorum certamen. Mors iam oculos claudebat, amor aperiebat: iam anima feſtinabat exire de corpore, ſed non ſinebat amor verus pallentes atq; morientes oculos auertere à matre, haud dubium, quin & ipſa rurſus ſit filium intuita pédentem. Quis autem effabitur quo pectoris mœrore, quo lachrymarū profluuio hanc diuinam intuita ſit faciem? non iam vt antè ſpecie decoram, & aſpectu deſiderabilem, ſed ſputis ſqualidā, cruore ſuffuſam, cui iuxta prophetiam Eſa. 53. inſtar leproſi, neque ſpecies neq; decor erat. Corpus item ex ſuo formatum vtero totum dilaniatū & ſaucium. Dicit matri ſuę, Mulier &c. Nō

matrem

matrem ſed mulierem appellat, ne teneritudine allocutionis, vt ſancti volunt, acrius virgineum cor affligeretur, Ecce filius tuus, Ioannem videlicet ſignificans. Ac ſi dicat: vides pijſsima mea mater te mea priuari præſentia, qui ſemper tibi obſequebar, teque vt matrem filius obediens, in omnibus ſum veneratus. Hinc ergo hunc meum diſcipulum virginem, præ cæterisque dilectum, in filium, miniſtrum & tutorem ſuſcipito, eumque tu in omnibus vt filium habeto. Sed quid poterat hic pia mater cogitare? O quàm imparem commutationem Ioannes pro Ieſu, ſeruus pro domino, homo pro Deo, piſcator pro omnium ſaluatore, filius Zebedæi, pro filio Dei redditur.

Deinde dicit diſcipulo, &c. Ipſam ſuſcipito, & veluti matrem venerare, dilige, & humanitatis obſequia in hac vita exhibito. Ideo mox ex hora hac accepit eam vt propriam ſuam matrem. Quanquam iuxta ſecretiorē ſenſum omnes verè CHRISTI diſcipuli hoc in Ioanne figurati ſunt, quos vti Chriſtus ſibi fratres & cohæredes fecit per mortem. Ita voluit ſuā quoque matrem nobis omnibus eſſe matrem.

Erat autem ferè hora quaſi ſex-

ta.

ta. A ſexta autem hora tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram, vſque ad horam nonam, & obſcuratus eſt ſol.

Non caſuali ſyderum reuolutione, vt in natura ſolet, hanc eclipſim accidiſſe cõmunis tradit maiorum aſſertio, ſed miraculoſè aſsignant nonnullas de hac rationes. Primò, quia naturalis eclipſis non cõtingit niſi incenſione Lunæ, quando videlicet radij ſolares propter corpus Lunæ ſuperpoſitum impediuntur: hæc autem facta eſt in plenilunio, vbi per maximam diſtantiam luna diſtat à ſole. Deinde, quòd naturalis eclipſis vix vnquam per horam vnam permanere poſsit, eo quòd luna tranſeat citius, Hæc autem, vt ait Euãgeliſta, vſque ad horam nonam, videlicet incluſam, id eſt, per tres horas ſtetit. Poſtremò, quod naturalis eclipſis aliquam duntaxat partem terræ præoccupet, quia corpus ſolis maius eſt corpore lunæ: hæc autem, & habet Euangeliſta, dicitur facta ſuper vniuerſam terram: vnde Dionyſius Areopagita, tunc philoſophus, ſcribens ad Polycarpum, dicit ſe hanc obſecrationem ſolis cum ſancto Appolliphonio in Heliopoli Aegypti vidiſſe. Item Romæ

viſa

viſa eſt, vt teſtatur Horoſius. Item in Bithinia, vt tradit Euſebius de vita Dionyſij. Facta eſt autem in teſtimonium mortis innocentis. Decuit quippe vt ſol iſte corporeus ſignum mœroris oſtenderet, vbi ſol iuſtitiæ ſceleratorum manibus obſcuratus eſt. Deinde in ſignum, quòd Iudæis in meridie, ipſo ſcilicet in tempore gratię, ſol veritatis occubuerit. Hinc dicitur Hie. 15. Occubuit ſol cùm adhuc media dies eſſet Item Amos 8. Occubuit ſol in meridie, & tenebreſcere faciam terram in die luminis.

Et circa horam nonam extlamabat Ieſus voce magna, dicens: Eli, Eeli, lammazabathani; quod eſt interpretatum: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?

Vox magna magnitudinem deſignat doloris, quem vt Chriſtus oſtenderet, voce magnifica clamabat, quippe quod olim in Pſalm. clamauerat: Deus, deus, &c. Et nominanter dicit, Vt quid: perinde ac ſi diceret: Nihil ita dereliquiſti vt me, in Pſalm. 21: in te ſperauerunt patres noſtri præparauerunt, & ſalui facti ſunt: in te ſpe-

ſperauerunt,& non ſunt confuſi:Ego autem ſum vermis,& non homo:opprobriū hominum, & abiectio plebis,&c. Alijs enim conſolationes vel mentis vel corporis adhibuit ſanctis in tribulationibus con ſtitutis: In proprium autem filium ita deſæuijt propter peccata noſtra, vt eſſet quaſi mortuus à corde, Pſal.30. Nam in corpore nec vnum quidem membrum, nec vno ſaltem momento requiē habuit. Sed neque fuit, qui vel animam triſtem conſolaretur.hinc dicit:Suſtinui, qui ſimul contriſtaretur, & non fuit, qui conſolaretur, & non inueni.Pſal.68. Et in Iſa.63:Circū ſpexi, & nō erat auxiliatio:quæſiui, & nō fuit qui adiuuaret. Et iterū Pſal.68:Clamans raucæ factæ ſunt fauces meæ, dum ſpero in Deum viuum. Non enim ſic accipiendum eſt, quòd diuinitas dereliquerit humanitatem, ſed quod eam expoſuerit ad tempus doloribus.

Quidam autem illic ſtantes & audientes, dicebant:Heliā vocat iſte.

Hos vel per ignorantiam linguæ neſciſſe quid diceret,vel per malitiam inuertiſſe conſtat.

Poſteâ ſciens Ieſus quia omnia cō

ſummata ſunt, vt conſummaretur ſcriptura, dicit: Sitio.

Noluit enim pius Saluator vel iota præterire de ſcripturis: non quòd Chriſtum ſic facere oportuit, vt impleretur ſcriptura, ſed quia ab æterno ſic fieri voluit, quod ſcriptura prædixit. Sitiſſe verò eum corporali ſiti facilè conijcimus, quia iam per noctem integram & diem mediã tortus & fatigatus, nihil omnino virium habebat, maximè cùm omnem penè è corpore effuderit ſanguinem, vt in Pſal. 21: Aruit tãquam coſta virtus mea, & lingua mea adhęſit faucibus meis. Quanquam non irreligiosè quidam ad ſitim animæ referant, in qua à Iudęis amaritudine infidelitatis cruciatus potius quàm ſatiatus eſt, iuxta id Threnorum. 3: Repleuit me amaritudine, inebriauit me abſynthio. Sed audi in ſiti ſua quid refectionis acceperit.

Vas ergo erat poſitum aceto plenum, & continuò currens vnus, acceptam ſpongiã implet aceto, circumponensq́; calamo yſopo, dedit ei bibere.

Deficit ſanè omnis ingenij virtus humani, vbi hęc appendimus. Nã etſi facilè inimi-

inimicos habuerimus,atque mille mortes iuſtè exigere poſſemus,vbi tamen in tormentis deficere cernimus,etiam quodam modo commiſeremur inuiti.Huic autem nec viuenti, nec morienti vlla fit miſeratio. Meditare ô Chriſtiane,quo conuiuio, qua cœna,qua valedictionis lætitia Dei filius hinc migrauerit.Pſal.68:Et dederũt in eſcam meam fel,& in ſiti mea potauerunt me aceto. Siccine fons aquæ viuentis qui mulieri Samaritanæ aquas viuas promittit,Ioan.4.qui ad ſe omnes vocat ſitiẽtes,Ioan.7.areſcit,vt nec frigidæ aquę poculum aſſequi poſsit?

Cæteri verò dicebant:Sinite,videamus ã veniat Helias, liberãs eũ.

Ac ſi dicant: Nolite dare potum,ſinite clamare,forte veniet Helias liberãs eum. Sed irriſoriè loquuti ſunt.

Cùm ergo accepiſſet acetum,dixit: Conſummatum eſt.

Ac ſi diceret:Quanquam refectus non ſum corpore,ſum tamen refectus ſcripturarũ impletione.Iá pater tibi offero quicquid de me in Prophetis prædictum,in figuris expreſſum eſt: iam nihil ſupereſt præter mortem.

Et clamans iterum voce magna ait: Pater, in manus tuas commendo ſpiritum meum. Et inclinato capite emiſit ſpiritum.

Citra naturam id factum eſt, vt moriẽs voce magna clamaret, quo oſtenderet verum eſſe quod dixerat: Poteſtatem habeo deponere animam meam, & poteſtatem habeo iterum ſumere eam. Ioan. 10. Nam ſupra humanas vires eſt morientem fortius clamare: quin vt plurimũ omni priuatur poteſtate, priuſquam reddit animam. Commendat autem ſpiritum in patris manus: non quod hoſtem timeat, qui antè dixit: Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam, Ioan. 14: ſed vt oſtendat ſuam vitam ſemper in patre manere, etiamſi corpus moriatur, atque in ſe exhibeat quod neceſſariũ nobis cognoſcit. Tu verò homo Chriſtiane, accuratius aduerte, qua demum acerbitate fuerit extinctus ſol iuſtitiæ, qua amaritudine vita omnium guſtauerit mortem. Nam etſi volẽs mortuus ſit, naturales tamen mortis verè pertulit cruciatus, atque eò grauiores, quò conditione nobiliori, annis iunior, corpore fortior fuit. Contemplare, & age

gratias

gratias, quoniam hæc hoſtia ſalutis tuæ multis attrita tunſionibus,iam iam patris faciem adit. Non in ſanguine taurorũ aut vitulorum,ſed in proprio introiuit,vt appareat vultui Dei pro nobis. Heb. 9. Memento quo pretio ſis mercatus, quippe nec auro, nec argento, ſed pretioſo ſanguine agni immaculati. 1. Cor. 6. 1. Pet. 2. Vide,ne tu rurſus tuapte culpa filium Dei tibi crucifigas. Heb. 6. ne inquam filium Dei conculces, & ſanguinem teſtamenti pollutum ducas. Heb. 10. in quo ſanctificatus es,ſicque ſpiritui gratiæ contumeliã facias.

Et ecce velum templi ſciſſum eſt in duas partes, à ſummo vſque deorſum. Et terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt, & monumenta aperta ſunt, & multa corpora Sanctorũ, qui dormierant, ſurrexerunt: & euntes de monumentis poſt reſurrectionem eius venerunt in ſanctam ciuitatẽ, & apparuerunt multis.

Quanquam omnia hæc ſigna facta ſunt in teſtimonium innocentis mortis Chriſti, quam cælum, terra, infernus pariter

deteſtantur:habent tamen ſuper hoc etiã ſua myſteria. Nam velum id, quod in lege præcipitur ſancta ſanctorum à reliqua parte templi diſcernere, diſsipatur, vbi iã ipſa per mortem Chriſti lux & veritas reſeratur. Nos enim iam facie reuelata gloriam Domini contemplamur, &c. 2. Cor. 2. Terræmotus & petrarũ ſciſsiones magnam huius populi commotionem & ſciſſionem ſignificant. vt Zach. 14. prædictum fuit: Et ſcindetur mons Oliuarum ex media parte ſui, ad orientem & occidentem, prærupto grandi, &c. ſignificans duriſsimum hunc populum per totum orbem diſpergendum. In apertione monumẽtorum generalis per Chriſtũ reſurrectio eſt figurata. Voluit enim vt veriſsimi ſecum teſtes reſurgerent, per quos & alijs reſurgendi fiducia daretur. Ezech. 36. Aperiã tumulos veſtros, &c.

Centurio autem qui ex aduerſo ſtabat, & qui cũ eo erant cuſtodiẽtes Ieſum, viſo terræmotu, & his quæ fiebant, & quia ſic clamans expiraſſet, timuerunt valde glorificantes Deum, & dicentes: Verè filius Dei erat iuſtus iſte.

Haud

Haud dubiò quin hiſce miſericordiæ ſuæ oculis,quibus & Petrum,hos reſpexit Chriſtus,vt ex his quæ circa morientẽ videbant ſtupenda,omnium vitam agnoſcerent:atque quẽ ex officio vt hominem crucifixum, donec expiraſſet, cuſtodierunt,verum Deum in ſecula victurũ profiterentur. Cœpit enim paulatim ad ſe omnia trahere,vt ãtea promiſerat,Ioã.12.

Et omnis turba quæ ſimul aderãt ad ſpectaculum iſtud,videbant quę fiebant: percutientes pectora ſua, reuertebantur.

Hi nimirum erant à pontificibus ſeducti,vt mortem innocentis peterent: ideo facilè ad ſigna ſtupenda compuncti ſunt. Vocat ſpectaculũ,quia res mirãda Deo,angelis, hominibus, amicis, inimicis, dęmonibus, & demũ vniuerſis creaturis fuit.

Stabant autẽ omnes noti eius à longe,& mulieres quæ ſecutæ eum erãt à Galilæa,hæc vidẽtes: inter quas erat Maria Magdalena,& Maria Iacobi,& Ioſeph mater,& mater filiorũ Zebedæi, & aliæ multæ, quæ ſimul aſcenderant cum illo

Hieroſolymam,miniſtrantes ei.

Hoc eſt quod olim in Dauid queritur Pſal. octogeſimoſeptimo: Elongaſti à me amicum & proximum, & notos meos à miſeria. Et Iob ſexto: Ecce non eſt auxiliū mihi: neceſſarij quoque mei receſſerunt à me.

Sicut autem prædicantē ex animo fuerant perſecutæ,ita etiam morienti libenter,ſi licuiſſet,præſtitiſſent obſequia.

Iudæi ergo quoniam paraſceue erat,vt nō remanerent in cruce corpora ſabbato, (erat enim magnus dies ſabbati)rogauerunt Pilatū vt frangerentur eorum crura,& tollerentur. Venerūt ergo milites,& primi quidem fregerunt crura,& alterius qui crucifixus eſt cū eo:ad Ieſum autem cùm veniſſent,vt viderunt eum iam mortuū,non fregerunt eius,ſed vnus militum lancea latus eius aperuit,& continuò exiuit ſanguis & aqua.

In lege præcepit Moſes,vt ſuſpenſus in ligno,eodē tolleretur die & ſepeliretur.

Deut.

Deut.21. eo quod maledictus ſit omnis qui pendet in ligno. Cum his verò accelerandũ erat propter inſtans ſabbatũ, quod veſperi cœpit, alioqui ſepelire non licuiſſet. Ideo crucifragio, quod ſuper erat vitæ, extorquere cogitabant. Sed noluit Ieſus verus agnus vel in vllo comminui oſſe, quod olim in agno typico figurarat, ſignificans, tametſi corpus ſuum myſticum, quod eſt Eccleſia in fide Trinitatis vnita vulneretur aliquoties, eius tamen ſoliditatem frangi non debere, nec poſſe. Miles autem ille ad placendum Iudæis latus Domini aperuiſſe creditur, vt ſi quid ſpiritus adhuc ſupereſſet, tolleretur. Fuit autem vulnus in latere dextro ſubtus coſtas, vt neceſſe eſſet lanceá ferè per duas palmas in corpore profundari, donec ad cor pertingeret. Atque grandis plaga fuit, vt vir manum intromittere potuiſſet, ſicut poſt reſurrectionẽ Dominus ait Thomę: Affer manum tuam, & mitte iu latus meum, &c. Ioannis viceſimo, Sed non ſine myſterio ſcripturarum factum eſt. Vidit olim Ezechiel aquam egredientem de templo a latere dextro, omnia ſanantem, omnẽq; ſterilitatem propellentem, &c. Ezechielis 46. Nimirum ex latere Chriſti omnium

profluxit ſalus, omnium ſacramentorum profluxit efficacia. Facit ad hoc quòd vtrumque per miraculum effluxit. Nam natura non ſuſtinet, vt ſanguis ſit in corpore mortuo. Sed ex corpore mortuo ſanguinem fudit, vt ſciremus nos redēptos: fudit & aquã, quo ſciremus nos ab omnibus ſordibus expurgatos. Item quanqam nihil Chriſto intulerit pœnæ hæc tranſláceatio, haud dubiò tamen cor matris aſpicientis propius penetrauit. Tandem hunc militē Doctores ſcribũt fuiſſe Longinũ, poſtea conuerſum ad fidem, & in Cęſarea Cappadociæ triginta ſex annis functum Epiſcopali dignitate, & tandē ſuũ quoque ſanguinem fudiſſe pro Chriſto.

Et qui vidit, teſtimonium perhibuit, & verum eſt teſtimoniũ eius. Et ideo ſcit, quia vera dicit, vt & vos credatis: facta enim ſunt hæc, vt ſcriptura impleretur: Os nō cōminuetis ex eo. Et iterũ alia ſcriptura dicit: Videbũt in quē transfixerũt.

Se ponit diſcipulus teſtem, quòd alia non ſcripſerit quàm quæ viderit, neq; deluſus ſit, ſed per ſpiritum omnia ſibi fuerint

rint compertiſsima.

Exodi duodecimo de agno legali dictũ eſt, quod hic interpretatur de vero agno, ratione iam citata, videlicet quia eius crura frangenda non erant, ſed latus transfigendum, ex Zacharia duodecimo. Probat quippe, quod etiam in iudicio viſuri ſint, quem confixerunt in terris.

Poſt hæc autem cùm ſerò factũ eſſet, quia erat paraſceue, quod eſt ante ſabbatũ, ecce venit quidam homo diues, nomine Ioſeph, qui erat nobilis decurio, vir bonus & iuſtus. Hic non conſenſerat cõſilio & actibus eorũ, ab Aremathia ciuitate Iudææ, qui expectabat & ipſe regnum Dei, eo quòd eſſet diſcipulus Ieſu, occultus tamẽ propter metũ Iudęorum. Hic audacter acceſsit ad Pilatũ, & petijt vt tolleret corpus Ieſu. Pilatus autem mirabatur ſi iam obiſſet. Et accerſito Centurione, interrogat eum ſi iam mortuus eſſet, &c.

Quanquam enim Chriſtus turpiſsima

morte

mortem conſumi voluerit iuxta ſcriptu-rarum condictum, voluit tamen ſummo cum honore & gloria ſepeliri, vt oſtenderet poſt crucis ſuppplicium, quo redemptio noſtra cōpleta eſt, impios hoſtes in ſe nihil iuris habere. Hinc Iſai: vndecimo: Et erit ſepulchrum eius glorioſum. Nam & ipſos ſuos aduerſarios in obſequium ſui coegit ſepulchri, cum cuſtodes adhibuerunt. Sed & diuino nutu factum eſt, vt a diuitibus ſepeliretur, qui & ſepulchrum glorioſius, & condimenta pretioſiora potuerunt exhibere, Hinc iterum: Iſa 53. Dabit impios pro ſepultura eius, videlicet cuſtodes: & diuites pro morte ſua, eo quod iniquitatem non fecerit.

Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Ieſum nocte primùm, ferens mixturam myrrhæ & aloes, quaſi libras centum. Acceperunt ergo corpus Ieſu, & depoſitū ligauerunt illud linteis, cum aromatibus, ſicut mos eſt Iudæis ſepelire. Ioſeph autem mercatus eſt ſyndonem, & inuoluit illud in ſyndone munda. Erat autem in loco vbi cru

cifixus

cifixus eſt, hortus, & in horto monumentum nouum, exciſum in petra, in quo nondum quiſquam poſi tus fuerat. Ibi ergo propter paraſce uen Iudæorum, quia iuxtà erat mo numentum, poſuerunt Ieſum. Et aduoluit Ioſeph ſaxum magnum ad oſtium monumenti, & abijt.

Omnia hæc in teſtimonium facta ſunt Diuinitatis Chriſti, vt eius reſurrectio nul lis poſſet tergiuerſationibus à Iudæis negari.

Erant Maria Magdalene & altera Maria ſedentes cõtra ſepulchrũ. Subſecutæ autem mulieres, quæ cũ eo venerant de Galilæa, viderunt monumentum, & quemadmodum poſitum erat corpus eius, & reuertentes parauerunt aromata, & vnguenta. Et ſabbato quidem ſiluerũt ſecundum mandatum. Altera autẽ die, quæ eſt poſt paraſceuen, conue nerunt principes ſacerdotũ & Phariſæi, dicentes: Domine, recordati

ſumus

ſumus, quia ſeductor ille dixit adhuc viuens: Poſt tres dies reſurgã: iube ergo cuſtodiri ſepulchrũ vſq; in diẽ tertiũ, ne fortè veniant diſcipuli eius, & furentur eũ, & dicãt plebi: Surrexit à mortuis: & erit nouiſsimus error peior priore. Ait illis Pilatus: Habetis cuſtodiã, ite, cuſtodite ſicut ſcitis. Illi autẽ abeuntes muniernut ſepulchrum, & ſignauerũt lapidem cum cuſtodibus.

Et quãquã id peſsimo animo fecerint, putãtes cõſiliũ eſſe cõtra Dominũ: Prou. 21. factũ tamẽ eſt ad gloriã ſepulturę chriſti, & ad efficax teſtimoniũ reſurrectiõis eius.

Hæc eſt ſacroſancta Domini noſtri Ieſu Chriſti Paſsionis hiſtoria, quã ipſe, qui pro nobis mori dignatus eſt, ſic faciat nos corporeis auribus inſtillatã ſuſcipere, vt è mẽtibus nũquã aboleſcat: ſic faciat eã recolere, vt ſuadẽte paulo, hoc ſentiamus in nobis, quod & in chriſto Ieſu, Philip. 2. ſic faciat gratias agere, vt in nobis nõ pereat tãta diuini pectoris dilectio, ſed vt pretioſus ille ſanguis quotidiana ſit nobis medicina, mors illa ſacratiſsima omniũ ſit vita, pax, ſalus, & gloria in ſecula. Amen.

# SERMO DE MEDITATIONE PASSIONIS Chriſti deque innumeris hinc naſcentibus fructibus incipit.

AMEN amen dico vobis, niſi granum frumẽti cadens in terrã mortuum fuerit, ipſum ſolum manet: ſi autem mortuum fuerit, multum fructum adfert. Ioã.12.

Solet Chriſtus Dei filius, ſapientia patris, arcana quæque diuinarum rerũ, craſſulis, eisque nullis non manifeſtis humanarum rerum ſimilitudinibus adaperire, vti ſacra lectitantibus Euangelia clam eſſe nequit. Ita & nunc hac in re notiſsima, profundiſsima reſerat myſteria, nempe immutabilem ſuæ mortis neceſsitatem, & eiuſdẽ inenarrabilẽ fructũ. Quid enim neceſſum fuit in re nulli non cognita ipſam iurare veritatẽ? Quis enim neſcit frumẽti

granum fructum non poſſe facere, niſi per agricolam humo conditũ moriatur prius, vt ſic viuificari poſsit in fructu, dicente Paulo, 1. Cor. 15. Inſipiens tu, quod ſeminas non viuificatur, niſi prius moriatur. Atqui perneceſſarium fuit id iuramento firmare, quod hac parabola docuit Chriſtus. Quis etenim hominum non totis reclamaret viribus, ſi ſanitatẽ per vulnera, gloriam per opprobria, per lachrymas gaudia, per perditionem ſalutem, per mortem dicere vellet veniſſe vitam, niſi ipſe qui mentiri nequit, firmaſſet iuramento? Sed & adeo id non capit ſenſus humanus, vt hominum quique ſecundum ſeculum ſapientiſsimi, ſtultitiam arbitrarentur, per verbum crucis prædicare ſalutem. Quis enim audiuit vnquam tale? & quis vidit huic ſimile? Eſai. 66. Et tamen ita eſt, vt aſſeuerat veritas, eatenus eſſe impoſsibile, vt vel vllum fructum paternis accumulet horreis, niſi moreretur, quàm eſſe nequit vt frumenti granum terræ non reconditum patrisfamilias repleat apothecas.

Eſt igitur Chriſtus Dei filius granum illud, quod dum hæc loqueretur, nondum in terram ceciderat. Ob id ſolus erat, cui cælorum regni patebat ingreſſus, adeo vt infructuo-

infructuoſa fuiſſet Patrũ fides, vana operatio iuſtitię,inutilis lex:ſine fructu,inquã manſiſſet filij Dei natiuitas,inanis veritatis doctrina,ſterile ſacrum tranſiſſet Euãgelium,ſuperfluum regenerationis ſacramentum,niſi ſua morte omnia conuiuificaſſet. At modo inſtar Ionæ tribus diebus ac noctibus reconditus iacuit in corde terræ,Matth.12.amariſsima iã paſsione mortificatus,multum per omnem modum attulit fructum. Solus enim mortẽ pro multis ſuſcepit,& plurimos ſeipſum viuificãs, ſecũ viuificauit,dicente Apoſtolo ,Epheſ. 2.Eramus naturâ filij iræ,ſicut & cæteri: Deus autem qui diues eſt in miſericordia, per nimiam charitatem ſuam,quã dilexit nos,quum eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto Ieſu,&c.Et iterũ Col.2.Cùm mortui eſſetis in delictis, & præputio carnis veſtræ conuiuificauit in illo,donans vobis omnia delicta,delens quod aduerſum nos erat chirographum decreti:& ipſum tulit de medio, affigens illud cruci,& expoliãs principatus & poteſtates,traduxit confidenter,palàm triũphans in ſemetipſo :quemadmodum & Eſaias 53.ait:Si poſuerit pro peccato animam ſuam,videbit ſemen longæuum, &

voluntas domini in manu eius dirigetur, pro eo quod laborauit anima eius, videbit & ſaturabitur. Ecce fructus mortificati grani vberrimos. Impletum eſt quod alibi vaticinatur: Erit germen Domini in magnificentia, & gloria, & fructus terræ ſublimis. nempe & terram hic gratiæ, & ſublimes cælos gloriæ fructibus repleuit. Solus enim deſcendit de cælis, ſed non ſolus aſcendit: quoniam omnes in ſe credentes ſua morte fecit & Dei patris filios, & regni patris cohæredes.. Siquidem & de illis dicetur: Colligite triticum in horreũ meũ: florebit, & germinabit Iſrael, & replebit faciem orbis ſemine.

Proinde quamuis inenarrabiles generatim fructus omnibus electis huius grani mors contulerit, non tamen ceſsat in ſingulis quibuſque cordibus mirum in modum gratiarum diffundere fructus, hosque iuxta varios huius paſsionis vſus, dulciſsima varietate diſtinctos. Sicut enim pro omnibus ſemel per mortem eſt ſeminatus in terram, ita vult quotidie in electorum cordibus ſeminari per ſuæ mortis rememorationem, prætioſiſsimo ſimul & admirando ad ipſum pignore, conteſtans videlicet corporis ſanguinis-

que

que Sacramento. Quotieſcunque, inquit, hæc feceritis, in mei memoriam facietis. Et Paulus: Quotieſcunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis.

Memoria igitur paſsionis dominicæ ſic in ſacramento, tanquam in memoriali ſigno relinquitur, vt ex eo cordibus imprimatur. Neque enim prodeſt memoriam habere in exteriori ſigno, ſi non ab externo ad internum hominem, transfundatur. Sunt qui frequenter hæc ſacra peragunt, ſed rariſsimè Domini mortem corde percipiunt. Sunt & plerique paſsionem Domini ſolis imaginibus picturisque colentes, nullisque parcunt ſumptibus, ſi modò politis, delicatisque oblectari poſsint figuris, & vim nunquam perſentiunt ſaluberrimæ paſsionis. Alij libris tantùm apud ſe reconditis Domini gerunt paſsionem: alij ipſa dominicæ loca paſsionis expenſis grauiſsimis inuiſunt, curioſè oculis ſuis ſcrutantur vbi ſit captus, vbi traditus, vbi ſteterit coram Anna, Caipha, Pilato, vbi demum crucifixus. Quæ ſi quandoque ad cor mittunt, quod ſenſibus offerunt, inania non ſunt cenſenda: ſed ſi ſolo rema-

nent ſenſu, prorſus iudicanda ſunt ocioſa. Qui fieri poteſt, vt paſsio Domini ad horam in ſecretiori cordis ſilentio pertracta ta ſemel, non plus fructuum faciat, quàm mereatur apud Deum, qui vel omni arte lignis lapidibuſq; inſculpat, vel anxiè nimis per terras & æquora loca quęrat paſſionis? Igitur quicquid agatur in factis externis, ſi fructum facere debet, cò veniendum eſt, vt ſtudioſo meditetur affectu, ac velut granum rurſus mortificandum, vt fructum faciat, in agro ſeminetur cordis.

Verùm quum talis memoria multifariàm fieri poſsit, eò quòd multa pariter meditanda conueniant: quouis tamẽ modo memoretur, præter fructus vberrimos id fieri ne quit.

Sunt in primis qui CHRISTI paſsionem mortemq; meditantur vt alterius cuiuſque hominis cruciatum, ſingula perſtringentes, omnemque amaritndinem in vnum quaſi faſciculum colligentes, vti ſponſa: Faſciculus mirrhæ dilectus meus mihi: faſciculus, quia multarum pœnarũ in ipſo congeritur amaritudo. Mediten- tur nunc quàm generalis fuerit, adeò vt nullum membrum remanſerit, quod non ſingularem pertulerit cruciatũ, nulluſq;

fuerit

fuerit ſenſus quem non repleuerit ſpecialis cruciatus. Ecce, caput coronatur ſpinis, os amaricatur felle, aures fatigantur opprobrijs, genæ concutiuntur alapis, flagellatur totum corpus, transfiguntur manus, pedes & latus: & ſic de ſingulis, do nec à planta pedis ad verticem vſque capitis nullam in ipſo comperiant ſanitatē: meditentur nunc ignominias, vt tradatur â diſcipulo, occidatur à dilecto populo, conſpuatur, falſis criminationibus maculetur, coram omni plebe nudetur, irrideatur vt fatuus, cōputetur cū latronibus vt iniquus, &cæt. donec impletum inuene rint, quod in perſona ſuorum crucifixorū loquitur Sapientiæ ſecundo: Morte turpiſsima damnemus eum. Item & ipſi memorent, quâm fuerint hæc fellis amaritudine plena, ſuadere ſanguinem, ligari funibus, trahi ab iniquis, ab vno ad alium, ipſis nocturnis tenebris, infatigata rabie pertrahi, alapis cædi, çolaphizari, illudi, conſpui, flagellari, ſpoliari, ad pœnarum locū impoſito crucis onere duci, nudum crucifigi: ſed & intra ipſa ſupplicia nephandorum blaſphemijs fatigari, donec clamantem intelligant: O vos omnes qui trāſitis per viam, attendite & videte, ſi ſit dolor

ſimilis, vt eſt dolor meus. Threnorum 1.

Et hi quanquam adhuc morentur in carne, quæ non prodeſt quicquam, Ioan. ſexto, hoc eſt, infimo adhuc gradu Chriſti paſsionem conſiderent, nec iſtic inuenire poſsint plenam ſalutis ſcientiam: habent tamen plus ſatis efficax perfectioris conſiderationis exordium. Reſoluuntur etiã hinc adamantina pectora in compaſsionem & quandoque in lachrymas, cùm & in cane & aſino grauior cruciatus nonnunquam virorum corda conturbet. Sauciatur mens obdurata, & paulatim miteſcit ad pietatem: & quia diuini ſpiritus afflatu hæc meditatio immittitur, mox ad perfectiora trahit, de quibus dicturi ſumus.

Idcirco ſummopere cupiam attendendum, ne perpetuò iſtic immoretur, ſed ad trahentem pergat ſpiritum, donec à carne mortua & crucifixa ſpiritum percipiat viuificantem. Nam hæc meditatio non quieſcentium, ſed laborantium, non gaudentium, ſed mœrentium, non perfruentium dulcedine perfectæ gratiæ, ſed ſuſpirantium eſt in amaritudine gratiæ initiantis. Quamuis igitur bona, non eſſe debet continua. Bonam autem ipſe

Chriſtus

Chriſtus in Dauide loquens proteſtatur. Improperium, inquit, expectauit cor meum & miſeriam: & ſuſtinui qui ſimul contriſtaretur, & non fuit, qui conſolaretur,& non inueni. Pſalmo 68.

Poſt illos paulò felicius Chriſti paſsionem meditantur, qui ſuper hoc quod ſupplicium cogitant, etiam quis fuerit paſſus ſtudioſius perpendunt: nempe non homo quiuis, aut pœnas fugere; impotens, aut pro ſuis eaſdem delictis excipiens, ſed planè & Deus(idem quem vt hominem cernit cruciari) omnipotens, iuſtus, innocens, immortalis, &c. qui nec pati poſſet, vti nec pœnas mereri poteſt, niſi pluſquam admirabili hoc fieri voluiſſet dignitate. Confert itaque anxia meditantis operatio Deum cum homine ſub eodem paſsionis opprobrio, ſub eodemque crucis ſupplicio, & deficit viribus, ſtupet ſenſu, contabeſcit obtutu,elanguet admiratione:& ſi lingua loqui nequeat, mens altiſsima rapitur à ſeipſa mutatione, adeò, vt & ſui, & omnium immemor fiat memoria, dum omniũ Dominum in manibus contemplatur impiorum nedum vt illis ſimilem, ſed longè penitus viliorẽ: dũ vitã occidi, gau-

dium cruciari,ſanitatem vulnerari, ſalutē perdi,omnia ſua irradiantem maieſtate re cenſet extremis miſeriarum obuolui tenebris. Quis demum effabitur quantum admirationis,ſtuporis,gaudij pariter & mœroris hinc pio increſcat pectori: dum ſummam Dei maieſtatem,vt nihil vilius, cernit exinaniri: In hunc modum Eſai.53. in Spiritu ſancto Chriſtū reſpexit,cùm diceret: Vidimus eum,& non erat ei aſpectus: conſiderauimus eum quaſi nouiſsimum virorum: virum,inquam, dolorum, & ſcientem infirmitatem. Item: Putauimus eum quaſi lepro ſum,& percuſſum à Deo,& humiliatum. Sic & Paulum aliquoties Chriſti paſsionem meditatū conſtat. Vt cùm eum qui fuit diues factum fatetur egenū,2.Cor.8.& eum qui ęqualis Deo,& idipſum non vt rapinam eſt arbitratus, ſicut ſuperbus quondam Lucifer,ſed iure hoc ſibi generationis vendicans,nihilominus exinanitum & humiliatum vſque ad formam ſerui,vſque quo ad crucis ſupplicium admiratur proiectum. Subinde ſic meditanti Chriſti paſsionem per ſingulos ipſius cruciatus,copia ſuccedit meditandi. Verbi gratia: En capitur, vinculatur,trahitur ab iniquis, impotentibus,

tibus,&c.in cuius manu ſunt omnia: qui capit,& non eſt qui rapere poſsit de manibus ſuis. Deut.32. Eſai.43. conſpuitur omnium pulchritudo & decus,inhonoratur omnium gloria,vulneratur qui ſolus ſanat omnia,occiditur qui vitæ mortisq́ habet poteſtatem,& ſic de ſimilibus.

In hac igitur meditatione,tametſi nondum ſit conſummata felicitas:ineſt tamen ei admirabilis quædam virtus,animam ad perfectiora propellens:hoc eſt,vt propenſius quoque ſcrutari incipiat, cur hæc, in quem finem,aut quo fructu ſint peracta.

Idcirco tertio ſunt ponendi loco Chriſti paſsionem ad Dei referentes charitatē: quoniam quidem hæc nuſquam abundantius percipitur,nuſquam clarius cognoſcitur, nuſquam ſuauius imbibitur, nuſquā efficatius augetur,nuſquam ſecurius cuſtoditur,quam in filij Dei humilitate, plagis,ac morte. Quum enim diuini amoris magnitudo ex ſola beneficiorum magnitudine metiri queat,nulli non poterit eſſe perſpicuum,erga hos maximam eſſe dilectionem, quibus maxima dignoſcitur exhibuiſſe benefacta. At longè deficit omnis lingua,vt vel dignè quicquam proferat de inæſtimabili Dei dono,qui nō ſo-

lúm omnia ſimul creata nobis ſubſtituit, noſtriſque ſeruire conſtituit vtilitatibus, ſed & ſuum vnigenitum, conſubſtantialem, coæternum, quo nihil charius, nihil pretioſius, nihilque dare nobis potuit vtilius, dedit: eumque non ſolùm vt Dominum, vt iudicem, ſed prius vt fratrem, ſaluatorem, ſalutis pretium, & virtutis præmium, extremo ſuppliciorum genere conſummandum. Sed videamus quemadmodum ipſe Dei filius patris dilectionem ex hoc noſtris imprimere mentibus ſit conatus. Sicut, inquit, dilexit Deus mundum, vt daret vnigenitum ſuum, &c. Iterumque: Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Et Pau. Commendat autem Deus charitatē ſuam in nobis, quoniam cum adhuc peccatores eſſemus ſecundum tempus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt, &c, Et iterum: Propter nimiam charitatem qua dilexit nos, & cũ eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto. Et Ioannes ait: In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam animam ſuam pro nobis poſuit, &c. Rurſumque: Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. O verè ineffabilem

effabilem charitatem,qua iuſtum pro impijs, filium pro ſeruis,dilectiſsimum tradidit pro inimicis. Et vt parceret nobis, proprio filio non pepercit,ſed pro nobis omnibus tradidit illum, ſed & omnia ſimul cũ illo. Hæc conſideratio igneo quodam impetu meditantis exuſcitat animã, facitque ex vno hoc charitatis indicio omnia pariter Dei agnoſcere dona. Qui enim dedit filium ſuum,quõ non omnia cum illo? Rom. 8. Siue dulcia nunc videantur,ſiue triſtia,ex hac profectò ſentiens dilectione,ea ipſa flammeo gratitudinis affectu in amãtiſsimũ refert largitorẽ,ſeq; in ipſum leuat ſupra ſe. Thre. 3. Imo fit quodammodo alius à ſe, dum amoris procella illuc impellitur, vbi recõdita reperit qui amet, fieri certè nequit,niſi pectus ſit adamante durius, quin moueatur reddere gratias: quin & cogatur ſeſe totum dedere ei, cuius tantam erga ſe affluere probauit dilectionem. Quo fit,vt is qui Dei erga ſe amorem ſenſit in filij ſui paſsione, etiam nonnunquam ſentiat ſemetipſum, hoc eſt,quidnam cauſæ in ſe fuerit,vt neceſſum eſſet filium dare in mortem.

Ex quo quartum meditantium Chriſti paſsionem oboritur genus. Eorum ſiquidem

quidem qui cauſam, cur ſit tanta paſſus aduertunt, inueniunt ſe ſuaque peccata mortis filij Dei fuiſſe cauſam. Sicut per Eſaiá ait. Seruire me, inquit, feciſti in peccatis tuis, præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis Et iterum: Ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra. Et infrà: omnes nos quaſi oues errauimus, vnuſquiſque in viam ſuam declinauit, & poſuit DEVS in eo iniquitatem omnium noſtrûm. Et Pater ait: Propter ſcelus populi mei percuſſi eum. Item Paulus 1. Corinth. 3. fatetur eum qui peccatum non fecit, pro nobis factum eſſe peccatum, vt nos efficeremur in illo iuſtitia Dei: hoc eſt, pater ipſe id furoris in proprio exercuit filio, ac ſi ſolus omnium feciſſet peccata. Filius autem factus patri obediẽs vſque ad crucis mortem, omnium peccata ſimul pertulit in corpore ſuo ſuper lignum, vt ſuo corpore crucifixo, crucifigerentur & ipſa noſtra delicta. Noſtra itaque peccata CHRISTVM crucifixerunt, quorum ipſi fuêre crucifixores Neque enim Iudæi capere, ligare, accuſare, gentibns tradere, neq; gentes flagellare, crucifigereq; potuiſſent, niſi ad hoc per noſtra peccata ſubornati fuiſſent

fuiſſent atque conducti.

Hac conſideratione nihil fortius ad humani cordis elidendam ſuperbiam, nihil efficatius ad exhibendam ſui cognitioné. En video iuſtum vinciri, ſed mihi debentur vincula: trahi, ſed mea eſt cauſa: plagis laniari, cruci cõfigi, & cæte. ſed mea ſunt ſcelera: & ſi iuſtum & ſanctum pro alienis delictis tantum oportuit ſufferre furoré, heu me infelicem, quomodo non agnoſco quid debeatur mihi? & ſi eò mea iniquitas Dei iram commouit, vt non niſi turpiſsima ſui filij morte mederi poſſet, mihi certè infinitæ deberentur mortes, qui ſum ipſe reus. In hunc modum diuus Bernardus ſermone tertio de natali Domini CHRISTVM conſiderat. Ludebam ego foras, inquit, in platea & in ſecreto regalis cubiculi, ſuper me ferebatur iudicium mortis: audiens hoc vnigenitus eius, exijt poſito diademate, ſacco veſtitus, aſperſus cinere caput, nudus pedes, flens & eiulans, quod morte damnatus eſſet ſeruulus eius. Intueor illum ſubito procedentem, ſtupeo nouitaté, cauſam percunctor, & audio Quid facturus ſum? Adhuc ne ludam, & deludã lachrymas eius? planè ſi inſanus ſum, & mentis inops: non ſequar eum, nec ſimul

cũ lugẽte lugebo? Ecce, vnde pudor? dolor & timor vnde? vtique quia ex conſideratione remedij periculi mei æſtimo quantitatẽ. Neſciebã, ſanus mihi videbar, & ecce mittitur virginis filius, filius Dei altiſsimi, & iubetur occidi, vt vulneribus meis pretioſo ſanguinis illius balſamo mediatur. Agnoſce homo quàm grauia ſunt vulnera, pro quibus neceſſe eſt Dominum Chriſtum vulnerari: ſi non eſſent ad mortem, & mortem ſempiternam, nunquam pro eorum remedio Dei filius moreretur. Hæc ille.

Huius conſiderationi quicunque ſtudioſius intendit, mirum in modum ſibi ipſi vileſcit, adeo vt quò fuerit ſanctior, eò ſibi videatur humilior. Exinanit ſemet ipſum omni ſe gratia indignum, omnique dignum confuſione veraci confeſsione adfatetur. Neque enim aliud de ſe ſentire poteſt, quàm quod Dei filium ipſe ſuis confixerit criminibus: nec Iudæos duntaxat, Iudam, atque Pilatum, Herodem & Caipham, & cæt. vti plurimorum mos eſt, ſed ſeipſum, ſuaque facta damnat & exhorret. Sunt enim non pauci ſic paſsionem Chriſti tractantes, eamque in ingentes pertrahunt tragœdias, vt & Iudæorum,

dæorum, militumque crucifigentium deteſtentur impietatem. Atque ſe eos ſubornaſſe ne ſemel quidem cogitant: quo fit, vt ſine fructu eam vel audiant, vel legant, vel recogitent. Verùm & nonnunquam cum amaritudine, aut cordis leuitate, verba contumeliæ ac maledicta ſibi congregant hinc in peccatum. At qui verè recogitant, non tam alijs quàm ſibi culpam aſſcribunt, iuxta illud: Plangent ſe ſuper ſe, quia non tam Chriſti mortem, quàm ſuam deflent miſeriam.

Cæterùm ſic in ſeipſos confuſi & proſtrati ne deſperent, aut abſorbeantur mœrore, opus habent ex eadem qua turbati ſunt paſsione, etiam quærere conſolationem, ac ſi intra ſe dicerent: En Domine Ieſu, ex tuo quidem cruciatu didici, quid me expectet pœnarum: & certè præter perditionem nihil in me video, cum & te tanta perpeſſum attendo: veruntamen eſt quod me conſoletur, nempe quod tua vulnera ob meam ſanitatem, tua vincula ob meam libertatem, tuam mortem ob meam vitam contigiſſe credere iubear.

Et

guinem crucis eius Deo patri reconſiliata & pacificata docet Coloſſ. quinto. Ad Hebræos nono ſic argumẽtatur: Si enim ſanguis hircorum, aut taurorum, & cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis, quanto magis ſanguis Chriſti, qui per ſpiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo, emundauit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis, ad ſeruiendũ Deo viuenti?

Quamobrem mors Chriſti in hunc modum meditata, non iam terret, ſed & conſolatur: non planctum, ſed gaudium facit: non proſternit, ſed proſtratós erigit, facitque peccatorem, quantumuis ſibi multorum ſit malorum conſcius, cum fiducia ad thronum gratiæ accedere, eò quòd pontificem habeat Chriſtũ, qui abſque peccato pro ſimilitudine tantùm, id eſt, pro peccato tentatus eſt alieno. ad Hebræos quarto. Chriſti vincula, noſtra libertas, chriſti vulnera, noſtra ſanitas: Chriſti confuſio, noſtra gloria: Chriſti mors, noſtra vita. Facitque gaudium ſpei, non præſumptionis: ſpiritus, non carnis: carnem terret, conſolatur ſpiritum. Ecce, confuſio, improperium, iniuria, ex paſsione Chriſti vertuntur in gaudia. Ibi ſentit quicquid vnquam

in litera legis fructuum latuis, ibi cernit quicquid dulcedinis rudis illa teſta figurarum cęremoniarumque occultum habuit: cernit, inquam, quę claritas quondam obnubilata velamine, per mortem filij Dei ſit reuelata: iſtic ſentit ſcripturarum miram conuenientiam, figurarum cum veritate reſpondentiam: cernit iamiam impletum quicquid fuerat prælibatum, veritatem miratur de terra ortam, & iuſtitiá de cęlo proſpexiſſe, miſericordiam & veritatem ſibi mutuò obuiaſſe, iuſtitiam & pacē ſibi oſculum prębuiſſe. Quo fit vt in hunc modum ſtudioſius Chriſti recolentes paſsionem, pluſquam credi poſsit, ſcripturis illuminentur: etiamſi nunquam didicerint literas, omnem tamen ſentiunt ſcripturarum veritatem. Sed nec ignitiores vſquā reperiuntur, quàm qui hac meditatione ſuccenūdtur. Guſtant enim quàm ſuauis eſt Dominus, Pſal. 33. & in odore balſami eius ipſi dulcedine repleti, ad ſuperna trahuntur. At, quid moror, cùm ſermone, tū ſolo experimento id ſciri queat?

Et hi protinus ad ſextum meditandi modum progrediuntur, qui eſt, Chriſti vitā, actionem & paſsionem reſpicere vt exempla, quæ imitari ſit ſecurum. Chriſti enim

paſsio

paſsio omniũ virtutũ eſt ſpeculũ. Ibi profunda cernitur humilitas, vt Deus non dedignetur ab impijs malè tractari: ibi ſumma charitas, vt audimus: ibi ſingularis patientia, vt quaſi ouis ad occiſionẽ ductus, non aperit os ſuum, Eſai. 53. ibi manſuetudo, vt maledicentibus non malediceret, cruciantibus nihil minaretur, 1. Pet 3. ibi veritas & iuſtitia, vt & ſe innocentem, & hoſtium oſtenderet impietatem.

Meditetur ergo quiſpiam: En redemptor tuus falſo capitur, ducitur, accuſatur, & ſuſtinet, ſiletq́ue: tu vero ne verbũ quidem, etiam meritum ferre potes, En propter te ſubijcitur etiam voluntatibus iniquorum, tu autem propter illum ipſius ſubeſſe miniſtris grauaris. Indigna patitur, flagellatur, crucifigitur & adhuc pro affligentibus ſe precatur: tu econtrà nedũ iniurias ſuſtinere abnuis, verûm & ipſe alijs iniuriã facis: felle potatur & aceto, tu interim delitias conquiris, &c. Sic Petrus paſsionem recolit, dicens: Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius, ponens eum in exemplum, vt dictum eſt. Sic Paulus ponit eum in exemplum conſtantiæ, & fortitudinis, & patientiæ. Per

patientiam,inquit,curramus ad propoſitũ nobis certamen, aſpicientes in authorem fidei,& conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, confuſione contempta,atque in dextera Dei ſedet.Recogitate enim eum qui talẽ ſuſtinuit à peccatoribus contradictionem aduerſus ſemetipſum, vt non fatigemini animis veſtris deficientes: Nondum enim vſque ad ſanguinem reſtitiſtis aduerſus peccatum,&c. Sic & Iohannes in exemplum eum trahit dilectionis. Quoniam ille,inquit.poſuit pro nobis animam ſuam, & nos debemus pro fratribus, animas ponere.

Iſte ergo meditandi modus auocat à malis & vniuerſis mundi illecebris, prouocatque ad bonum, roborat & animat in omni aduerſitate, adeò, vt crucem & confuſionem nedum patienter ferant,ſed & in his gaudiant,ac gloriẽtur,vti Paulus ait:Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti. Ibantque Apoſtoli gaudentes à conſpectu conſilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Quod & nobis preſtet Chriſtus Dei filius,qui eſt in ſecula benedictus. Amen.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google